




INCUNABULI
C
6
19
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze









Dialogus Pij 2i

Enee Siluii Piccolominei Qui et Pius Secundus fuit: Dialogus Incipit foeliciter

e

Neas tituli Sancte Sabine Presbiter Cardinalis Iohanni Sancti Angeli Diacono Cardinali. S. P. D. Superioribus diebus cum paruper ocii nactus essem ingressus Bibliothecam uilem aliis: mihi preciosam. dum uoluo ac reuoluo amatos codices et opuscula que ipe oliz edidi: ut natura fert, auidius q̃ aliena reuiso. incidit in manus meas, dialogorum quidam libellus quem de somnio quodam meo ficto, non uero iam pridem in Germania, summa non addita manu non composueram. Lego prohemium: inuenio tue dignationi dicatũ esse. Pergo ulterius. materiam considero: ea uaria est et multiplex et rerum que scire homines auent. Scribendi que precipue fuerit causa inuestigo. Deploratio quedam est amisse Constantinopolis. reprehensio ignauie Christianorum et exhortatio ad ulciscendá iniuriam. Dico nulli melius inscribi opus q̃ tibi potuisse: qui unus es tuende religionis omnium cupidissimus: et parem non habes socium. At dum pergo in uolumine. oblectatq; me lectio mirum in modum illic destituor ubi cupidius herebam. Interrupta materia est et opus uix inchoatum nedũ finitum offendo. uolui lacerare et in ignem mittere qñ nulla spes esset perficiendi. Aderant ex amicis duo qui ne id agerem: persuasere. Si nequirem ipse perficere: fortasse aliquem futurum qui opus aliquando absoluat. Questunculas non inutiles in eo contineri: iniquũ esse multarum noctium lucubrationes uno impetu extinguere. Si qua inessent mala: non deber̃ bonis officere. Naz quis liber est nulla non menda dignus. Acquieuimus. statuimus opus ad te mittere cum esset inscriptum: ut tuo iudicio uel seruetur uel comburatur. Accipe igitur ac diiudica. tua cẽsura aut peribit aut stabit. Vale ex Vrbe Pridie kl. Iunias.

a 2



Neas Episcopus Senensis·Iohañi Cardinali
Sancti Angeli·S·P·D·Medicorum ut aiunt
snĩa est haud paꝝ intendere somniis oporte
re·quod his futura nonnunquaꝫ predoceri
contingat·Socrates quoqꝫ apud Athenienses Ego in/
quit non dico scientiam istam diuinam somnialem falsam
e se· Poete uero duas somnioꝝ portas finxerunt·unaꝫ
corneam ex qua ueris facilis datur exitus umbris·Alte
ram eburneam per quam falsa ad superos mittunt in
somnia manes·Trans ebur enim quantum uis tenue nõ
est aspectus homini Cornu autez bene tersum sepe uisu
penetrabile redditur ut intelligant mortales nunc ua
nitatem nunc ueritatem somnia pre se ferre·Augustus
quidem medici sui dum somnio credit:hostis Bruti ma
nus euadit·Iulius Cesar coniugis calfurnie somnia par
uiducens:in curia trucidatur·Poterat hector Ilion ser
uare diutius nisi somniantem contempsisset· Androma
chen ammonitus ĩ somnis Symonides poeta ne sequẽti
die nauigaret cum paruisset oẽs qui naues a littore sol
uerant:fluctibus ac procellis in conspectu suo uidit ob
rutos·Alexandro macedoni herba per quietem mon/
strata est que morsu serpentis apud Indiam lesos cura
ret milites·Herculem aiunt cum somnia prima minꝰ in
telligeret:sequentibus somniis interpretationem com
perisse·Habemus et in sacris litteris multa de somniis
Ioseph filius Iacob et sua et aliorum interpretatus est
somnia·Daniel artificiosissimus somniorꝫ iudex apud
Caldeos est habitus·At contra sicut ecclesiasticus inq̃t
Multos errare fecerunt somnia et exciderunt speran/
tes in eis·Sed quorsum hec inquies tam longo repetita
principio·Quippe magnum et mirabile somnium quod
mihi nuper accidit: dignationi tue narraturus uolui
nonnulla premittere ex quibꝰ intelligeres non sine cau
sa me somnium pandere.quãuis inter utrunqꝫ sim du
bius porta ne cornea an eburnea id missum ad me uene
rit quod tuo examini iudicioqꝫ relinquens ad eius expo
sitionem transeo·Cum legati Romani presulis Nicolai



quinti superioribus diebus Federicum tercium Impera torem accessissent: eumq₃ longa oratione aduersus im pios Turcos exercitum cogere et arma sumere adhor tati essent· commisissetq₃ mihi sublimitas Imperatoria sequenti die suo nomine et in eius presentia respondere nocte que intercessit media paulo ante lucem et illo tē pore quo se frigida circumagunt pigri sarraca boete: fi nitis humorum motibus cu₃ cogitationes uniuerse qui escerent ne ul' corporis actus uel anime uirtutem quā uocant Imaginatiuā prepedirent miranda mihi et me moratu digna per quietem uisa sunt· que ut benigne audias boniq₃ consulas rogamus· uidebar mihi longas atq₃ incognitas ire uias sine comite sine duce inter aspe ras et abruptas rupes in hospite₃ terram et stabula al ta ferarum sol inclinatus uesperum prouocabat cu₃ ma iores caderent altis de montibus umbre· flumina pro funda et immense sub pedibus lacune· in quas ne ruerē per tenebras: magn⁹ me timor habebat· deficit subito lumen· horresco surgunt toto uertice crines· et quāuis mouere pedes non audeo: oculos tamen in omēs dirigo partes et aures arrigo· si quem aut uideam aut audia₃ uenientem· Quid agerem quo me uerterem· Philonis il lud in mentem uenit· Cum male receptus ab Impatore ad suos conuersus: bono animo inquit nos esse oportet quibus iratus Gaius: quia diuinum necesse est adesse p̄ sidium ubi humanum deest· Commendo me diuine pie tati: celicolas omēs imploro et nota mihi numina ne me deserant precor nec mora longa est· Vir grandeu⁹ sta tura mediocri macer caluitie ₇ canicie uenerabilis· leta facie profundis oculis extenuatis circa maxillas genis laneam penulam corda succinctus· Cuculla et habitu que₃ diui Francisci sectatorib⁹ gestare mos est et puer cum eo candidus amictus stola alba: facem ardentem manu gerens ad me ueniūt utq₃ propior sit senex fuit subridens· Quid tu his in locis inquit Enea: que te huc fortuna: quis casus adduxit· miror cum me proprio no

mine compellatum audio et intuens diligentius homi-
nem postquã notam effigiem recolo. Tu ne inquam Ber-
nardinus es Sena natus etrusca conterraneus meus:
Salue magne pater nostre Vrbis decus et gloria gẽtis
uera ne te facies uerus mihi nuntius affert. An uanis
ludor Imaginibus. Assum tibi Bernardinus neq̃ falle-
ris inquit ille qui hoc loci petisti. quid agis. neq̃ huc in
quam ego quo pacto uenerim neq̃ id agitem. scio nisi
quispiam superum in hac me ualle relegauerit delicto
rum que mihi plurima sunt daturum penas: inferorū
nisi fallor hic locus est perpetuis tenebris sine luce dam
natus. et audio nescio quas uoces et ululatus quasi tor-
queantur sub pedibus meis homines. miror si ante obi
tum damnatis adiicior. qui dum spiritus hos alit artus
ut te docente didiceram. Semꝑ in uiam patere reditũ
diciq̃ damnatũ añ obitũ neminem supmaq̃ funera iudi
cabam. Recte putas inquit ille Sub ualle sinistra lucife-
ri immo uerius tenebrarum angeli domus est. illic spe
cus ingens et uasti recessus: suspẽsis hinc atq̃ illinc mõ
tibus abruptum infinitum. hiatus qui sepe receperunt
lapsas urbes ibi et tartarei regis aula igne damnata sul
fureo et flãmis cincta flegetonteis ubi et Cayn et nem
roth et Iudas traditor et Simon et Cherintus et Me-
nander Samarites et manes persicus et cunctis perni
ciosior Mahumethes arabs: damnati apud luciferum
truciantur. Tu uero grandi munere diuum huc deduc
tus es ut uideas antequã moriaris nocentiũ penas ani
marum consulasq̃ tandem tibi: cupiditatibus imperes.
neq̃ te moriturum ignores. Ego te senis adolescentem
noui. cum meos audires cupide sermones. Cum sepe me
uiseres questunculas mihi soluẽdas obiiceres. bona tũc
de te spes fuit. sed abisti paulo post in Germaniam: in-
terfuisti basiliensi concilio. miscuisti te clericalibus pom
pis et consectatus scismata. Sabaudiensem ducem uelut
pontificem adorasti. Deinde profectus ad Imperato-
rem. si non satis ambitionis apud concilium imbuaris: se

culatem insolentiam fastumqꝫ didicisti. sentinam omniū uiciorum curiam supra decennium sequeris. adhesisti neutralibus sed uertisti te aliquando ad ueraȝ Petri sedem. ascendisti in altum: pontificalem adeptus es apicē neqꝫ pensitas quid oneris quid cure subieris. ecc̄liam quam me uolentem nolui. quia non credidi me tanto coniugio dignum. arrogans et inflatus opinione tui nō es ueritus assumere. sponsaȝ modo castissimā deseris. Oues tibi commissas sine pastore relinquis. neqꝫ cogitas quia sanguinem illaꝝ de tuis manibus requiret deus. Quid tibi cum Cesare: quid agis: quid moliris: Federici fauorem sectaris. qui te altiꝰ euehat ecclesiastica beneficia cumulet: census augeat: honores adduplicet. Et quis erit unquam modus ambitionis tue. Quid tibi satis erit si Senensis ecclesia non est satis: quis tu es: que tua sunt merita: quibus te omnibus preferamus. Primus et maior es in tua ciuitate multis perfunctus honoribꝰ neqꝫ te satis auctum existimas. neqꝫ quiescit tumidus animꝰ quam multi precedant non quot sequantur aduertis. Aspice litterarū Gynnasia quot doctissimi uiri Bononie Papie: Pataui: Parisius Colonie Salamatie et in qua diu uersatus es Vienensi noua scola sine dignitatibus sine magnis facultatibus senuere. quorum siue mundiciam uite siue doctrine lumen attendas: nihil est quo te illis adeques. At ego dices Cum diu neutralis Teutonia fuisset: Romam ueniens: obedientiam nomine Germanice nationis Summo sacerdoti Eugenio quarto restitui. Leonoram ex domo Portugallie Regiam uirginem Federico Cesari coniugio iunxi stabili: propriamqꝫ dicaui. In augustali coronatione apud Romanum presulem non pauca peregi. De passagio contra Turcos instituendo: corā papa et Imꝑatore duobꝰ mūdi maximis luminaribus feci sermonem. Legationes ob eam rem ad reges et principes quam plurimas obiui. Age uir bone: nihil ex tuo commemoras: aliena refers dona. nunquid ad hec alium uel deligere uel transmittere Cesar potuit qui te melius absoluisset iniunctum munus. quid tumes quid

non

a 4

gloriaris: quid habes quod non accepisti. Redde hono
rem deo qui tibi cesarem reconciliauit. quiesce tandem
atque ad tuum redito gregem quia te querit deus: te ad
monet huc uocatus es ut uideas impiorum loca. teque
emendes ac iam demum curie seculari renunties. quã
qui sequuntur sine ambitione: inuidia: maliuolentia: do
lis esse non possunt. Ea cum finiuisset Bernardinus iure
me pater increpas inquam ego qui sum omnium qui ui
uunt pessimus: cupiditatum seruus: ignorantie disci-
pulus. magister erroris qui huc etatis euectus non sũ
uiuere didici. semper ex crastino pendõ neque quicquam
satis esse duco. deo atque hominibus ingratus quorũ do
no magnificatus minime contentor. ecclesiarum omniũ
que sub celo sunt nulla mihi optatior q̃ Seuensis obueni
re potuit: in patria inter amicos inter agnatos pontifi
catu potior. quodque mirabile dictum est in Germania
Senensem cathedram sum adeptus. q̃uis essent Rome
domique multi qui se mihi preferri et querebant et mere
bantur. Sed sum cecus et iniquitatibus coopertus qui
castum et nitidum sponse mee thalamum fugiens: in ali
enis cubilibus mechor. Recognoui tamen iam pluribus
mensibus erratum meum et aduocatus multis sponse p̃
cibus: statueram domum repetere et quod tua nũc mo
nita suadent: meopte ingenio facturus eram. At cum
sarcinulas collegissem iamque maximo principi et ami
cis ueteribus ultimum uale dixissem: uenit ap̃lice sedis
legatus ad Cesarem qui Turchorum crudelitatem in Xp̃ianos
facta commemorans: colligendũ exercitum obuiandũ p
perfide genti diceret. Tum cesar qui iam me libens di
miserat: conuentus inquit Enea apud Ratisponam no-
strorum principum est habendus. in eo quid sit contra
Turchos agendum consultabimus. ibi et tu necessarius
nobis eris. maneto ad institutam diem: exinde cum libe
bit abito. Cognoui rem grandẽ esse. nec me tanto prin
cipi negare potui cui parere omnes decet. simulque ani-
maduerti uniuersalis ecclesie negocium agitari. cui cũ
seruio: non desero meam. Hec enim mater omnium et

acquesto

magistra fidelium· nisi nunc aduersus Turchorum impetus adiuuetur: actum de reliquis conclamatumque fuerit· Quod si tu me his ex tenebris eripueris: do fidem expedito apud Ratisponam ecclesie catholice negocio: continuo me domum petiturum iuncturumque mihi et sponse· aut si tibi qui plus me sapis ex re uidebitur recta hinc uia Senas ibo· Tum Bernardinus Amo Senensem ecclesiam que me Christo regenerauit neque passurus sum ei contumeliam facias· Verum quia de Turcis mentionem fecisti qui nunc magnam matrem prosequuntur haud egre filie fuit· Si cui saluti operam dederis: quamuis minimum est quod tua cura prestare possit· neque adhuc mihi sue mentis archanum reuelauerit deus· fructum ne paritura sit an scandalum Ratisponensis congregatio· Sed ducam te in loca que miraberis ubi magnos et uidebis et audies proceres qui ante plura secula mundo mortui de Constantinopolitana nouitate inter se disputant ibi nonnihil intelliges ad rem Turchorum pertinens· et ubi sunt inquam ego· ad dextram inquit Bernardinus lati patent campi· tum uiridantia et irrigua prata post hec reducta uallis inter montes amenissima floridi et apriti colles: luci frondosi et optima tempe uetustas locum campos elisios appellauit· illic heroes sine numero conuenerunt· quos secula queque memorabiles produxerunt· O pater inquam ego auidissimus eo uenio· te cum duce me si libet otius· Tum Bernardinus ne festina inquit Plutonis tibi prius adeunda sedes calcandusque purgatorii limes ignis· ne te lateat quam dura sontes pena sequatur· ostendamque tibi apertum celum et gloriam magni dei ac lucidas beatorum sellas quarum cupidita te allectus: uitiorum hostis efficiaris· Tum ego sitio uidere que promittis· at si ducis ad inferos quo me pacto reduces· Ex inferno inquiunt nulla redemptio· Eneas sum fateor at non Achise filius neque Iouis natus Hercules aut Theseus athenensis quos fama refert penetrasse inferos et abduxisse captum cerberum· Si quid fabulis inest ueri et Orpheus cythare beneficio remeauit ad su

peros: quáuis miseram euridicem liberare non ualuit. Virgilianum illud in menté uenit Facilis descensus auer ni. Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras Hoc opus hic labor est pauci quos equus amauit. Iupiter aut ardens euexit ad ethera uirtus. Sunt qui Paulum apl'm priusquá tertium fuisset in celum raptus inferna uidisse loca commemorant. De Saluatore certa res est qui uicta morte descendit ad inferos. spoliauit tartarū et tertia die uiuus apparuit. Sed illum uerum dei filiū consubstantialem et coeternum patri: gloriosum: inuic tum: cunctipotentem qui celuz terramq; regit: que uis potuit impedire. Accepimus et sanctorum aliquos in carne manentes uisis damnatorum sedibus: remeasse. sed illa per somnium gesta ferunt. Age si placet elysios priusquá inferos adeamus campos: illic ubi mortuas ui dero facies et pallidarum qui sit umbrarum modus di- dicero. securior ad inferna te prosequar. Gerūdus est tibi mos inquit ille. iussitq; puerum antecedere. et ap- prehensa dextra mea secutus es. semita erat preceps et arctissima qua pergebamus. Cumq; descendissemus ad mille passus. lucé reperimus. sed loca senta: situ de serta: et inculta rubeta. et siluas feris accomodas. ibi subito uocis humane sonus exauditur. Accurrite si qui locum habitatis homines. accurrite ferte auxilium mi sero pro deum atq; hominum fidem. Siccine feraruz ho die dentibus laniabor: arrigo aures eleuatisq; oculis fu gientem et ad nos properantem hominé uideo. duasq; post eum tygrides. iam iamq; dorso imminentes agnos co faciem. Petrus Noxetanus hic erat Nicolai summi pō tificis Scriniarius: incorrupte comes fidei. et amicus musis. Subsistunt ubi nos inspiciunt fere. Petrus q̄ pa- uidus in nostri mediū se se coniecit. nobisq; cognitis. heu nos inquit anime candide seruate hominem: fugate be stias: uestro presidio ex mortis eripior faucibus. uobis uitam uobis animam debeo. Tunc ego quid fieri potest ut te hic reperiamus Petre. qui primi sacerdotis obser uare cubiculum et ab eius latere nunquá discedere sole

bas. PETRVS. Indulsit Pontifex Maximus quoniam
Saluatoris natalicia celebrantẽ. paucos abesse dies siue
apud uxorem morari. siue aliud quippiam agere uellez
quod ubi concessum est: statuo rusticari: uisere letum ce
lum: cameralem excutere puluerem. ac miseriam despu
ere Palatinaz. Inter hec uenit in mentem quod đ specu
et monasterio sublacensi fama perceperam in quo mira
bilem et deo plenum uitam duxisse benedictum ferunt
eo ire propono intueri antruz sanctumq; locum et si qd
uetusti operis in Bibliotheca lateat: inuestigare. Sed
cui soli uoluptas est solitariam qui sibi uitam eligit aut
nequam est aut homine potior. Ego semper hominum
consortia dilexi ex ciuili patre ciuile animal natum. Ob
quam rem Veggium Poetam Landensem et Laurentiũ
Vallam rethorem accerso nobili et acuto ingenio uiros.
Cumq; his Blondum Foroliuiensem historiarum scrip-
torem. et consecretarium qui mecum monasterium pe
tant. ENEAS. Cur non Poggium Florentinum et quis
illo Iocundior comes fuerit euocandus. cui9 sermo face
tus et omnis conuersatio dulcis est. PETRVS. Abie-
rat curie Vale dixerat. ENEAS. Quo se recepit. PE-
TRVS. Apud Florentinos ibi cancellarie prefectus
est. ENEAS. Quid Carolus Aretinus magnum nostre
lumen etatis. PETRVS. Appositus est patrib9 suis cor
pore mortuus fama in euum omne uicturus. Poggium
successorem habet. ENEAS. Deus facilem et sine pon-
dere terram spirantesq; crocos et in urna perpetuum
uer illi prebeat. qui nr̃m seculum grecis ac latinis lr̃is
exornauit. at Poggiũ senio grauem existimabam ut se
quieti daret curiam reliquisse. modo ut ex te audio: la-
bor illi ex labor̃ succedit. PETRVS. Et qd est uita nr̃a
nisi milicia sup̃ terrã. superi nobis pro laborib9 oĩa uen
dunt. neq; nobis nati sum9. ortus nr̃i ꝑtem amici ꝑtem
patria uendicet equum est. BERNARDINVS. Laudo
Florentinos qui non ut vulgo fieri solet: uiris aut dialeti
ce aut iuris ciuilis peritis dictandi epistolas curaz com

mittunt· nisi oratorie fuerint studiosi cuius est propria suasio ac dissuasio· Tres ego ante Poggium uidi qui cancellariam rexere Florentinorum summa eloquentia uiros: Colucium: Leonardum: Carolum· quorũ medius multa uobis scripta reliquit· siue que uertit ex greco siue que suo ex ingenio depromsit· Tulliane facundie uel similia: uel proxima· de Colutio non existimo reticendũ quod dicere solitum accepimus· Galeacium Mediolanensium ducem qui cum bellum aduersus Florentinos gereret: litterasque hostium aliquando deprehenderet: maius sibi nocumentum inferre asserebat stilum Colucii q̃ Florentinorum mille equitum· Nunc Poggium uocauere cuius uena dicendi nulli priorum cedat · Sed perge Petre Quid tres uiri tecum· PETRVS· Veniunt nõ inuiti ingredimur sacrum cenobium: osculamur terram quã beati pedes hominis calcauerunt· at ubi monachorum penetrauimus adyta: non paruas de litteris confabulationes habuimus· euoluimus antiquã Bibliothecam· Puluerulentosque cum philosophos tum poetas saluere iussimus· Hos alloquimur his fruimur· sic breue tempus efficitur· sic uita iocundior· Illic Vegius dum fragmenta librorum longo neglecta tempore diligentius inspicit: Cecilii Cypriani uersus heroicos unum de septuaginta admodum elegantes comperit quibus ille et salutifere crucis misterium et baptismi gratiã et penitentiẽ fructum et aplorum predicationem mirabili breuitate stiloque pene Virgiliano percurrit· Teneo adhuc memorie duos qui primi sunt uersus· sic enim principium habent Est locus ex omni medius quem credimus orbe· Golgota iudei patria cognomine dicunt· ENEAS Quis hic Cyprianus est· PETRVS· Diuinus ille Carthaginensis episcopus: eloquentia simul et martirio gloriosus· ENEAS Quid tibi Bernardine uidetur· licet ne poetam Cyprianũ compellare· BERNARDINVS· Quid ni liceat· ENEAS Qui nũc sacras lr̃as tradũt ex collegio doctorũ : poetas oĩs abigũt· uelut ethnicos nr̃ aquinas quẽ celo receptũ credimus et inter Theologos sui tp̃is principem fuisse

nō dubitamus. Dum querit an preceptorem sacrarum
litterarum methaphora deceat: infimam inter omnes
doctrinas poeticam tradit. uereor ne maiestati tanti
uiri derogem si Cyprianum poetam dixero. BERNAR
DINVS. Cur temptas latere me forsitan reris que pau
cis ante diebus super hac re scripsisti prefulgide uite z
admirabilis doctrine Sbigneo Cardinali Cracouiensi. sa
tis illic et uere a te responsum est his qui poeticam lace
rant. De sancto doctore quem uidi celum tenere quid
aliud dicam q̄ illud Augustini ad Hieronimum exceptis
libris qui canonici nuncupantur. in quibus nihil erratū
esse confidimus. aliorum uolumina sic legimus quantali
bus sanctitate doctrinaq; polleant. ut non ideo uerum
putemus. quia ipsi ita senserunt. Quod si Thome credi
mus et auctoritate magistri sine ratione frangemur:
absurduz illud fateri oportebit ut grammatico atq; re
thore minorem dicamus esse poetam qui tamen nullus
est nisi apprime fuerit imbutus his artibus quas uocāt
liberales et ultra hec omnem historiam norit: fabulas
callet: rerum naturas didicerit: et os magna sonantiū
ac diuinam quodammodo mentem celesti munere sit sor
titus. nam et Vates a ui mentis ut Varro tradidit: apd̄
ueteres dictus est quē nos poetam uocamus. Thomas
suo studio delectatus cetera contempsit. aut cuz de po
eta locutus est: uersificatorem uoluit intelligere. Ego
ut tibi uerum fatear: Theologos uidi excellentes in sua
facultate q̄ plurimos. Poetam qui esset absolutus dum
uixi neminem quāuis Anthonium Panormitham et Ve
gium de quo mō sermo fuit: multa laus sequatur. sintq;
hi proximi priscis. neq; abhorrendum est hoc nomen.
quāuis materia quam poete gentiliū tradiderunt: alie
na est nostre professioni. Sed quemadmodum grecorū
philosophiam demptis erroribus suam fecerunt nostri
maiores. sic et poeticam monstruosa et impudica ueste
detracta ad Xpianū cultū nōnulli ueterū traduxerūt
Nā Apollinaris Syrus cū esset doct9 et simul ingenios9
v sib9 heroicis istar homerici poematis usq; ad Impim

Saul: Hebraicam conscripsit antiquitatē. Fecit et aliud
opus secundum menandri fabulas: comedie similitudinē
comparans. Imitatus est etiam Euripidis tragedias et
lyram pyndari: ex diuinis scripturis argumenta susci/
piens. Iuuentus presbiter sub Constantino historiā do
mini Saluatoris uersibus explicauit. nec timuit euange
lii maiestatem sub metri leges mittere. Quid mirū si Cy
prianus qui hos precesserat: poetica tuba lignū crucis
p̄dicandū cātandūq; censuit. Sane uetusti seculi hoīes
cū primum exuta feritate rōem induerent ut diis suis
maiores q̄ sibi edes constituerunt ita et eorū gesta an
gustiori eloquio scribenda et decantanda putauerunt
Laudes igitur deorum uerbis illustrioribus extulerunt
Idq; genus quadam forma effecerunt q̄ dicitur poesis.
Opus poema: fictores poete. Qđ si nunc de trinitate: đ
bello celesti: de mundi creatione: de Cataclismo: de Pa/
triarchis: de regibus: de aduentu: de uita et morte Sal
uatoris: de p̄dicatione euangelii: de triūphis martirū
de coronis uirginū: đ supremo iudicio: de gloria celesti
đ penis damnatoꝝ: resonanti carmine selectis et illustri
bus uerbis: alto stilo sublimi maiestate sermonis poetica
cuderentur: Cur non ea sacerdotes dei totis complecte
rent̄ affectibus. ac die nocteq; lectitarent. Verū hec
sine copiosa uena dicendi et absq; alta doctrina fieri nō
possunt. Cūq; raro hec ad unum quempiā concurrāt
hominem: rarus in omnibus etatibus poeta reptus est
sed moramur nimis petri narrationem. sequere ceptū
sermonem. Quid tibi Blondus. PETRVS. Que sua sunt
medici tractant fabrilia fabri. De roma restaurata
cū pridem scripsisset Blondus: cūcta uolumina p̄uoluit
si qđ adhuc forte reperiret qđ operi suo aptū uideret̄
sed cū nihil occurreret ex sn̄ia suadet Cassinense mona
sterium accedamꝰ. Obsequimur recepti a monachis aui
de libros ostendi iubemus. Hic ille consularis uiri Sexti
Ruffi libellum repperit in quo templa uetusta et uni/
uersa Vrbis Rome palacia qs erexerit et cuius fuerint
uel splendoris uel amplitudinis; conscriptum est. quo

uiso et ab Archimandrita ad scribendum obtento uelu ti grandem Thesaurum effodisset: alacer et iocundus effectus. Cum scriberem inquit ad Eugenium quartum de Roma restaurata: uenerat in manus meas hoc opus culum. sed librariorum in curia uitiatum et sine nomine conditoris. nunc cum auctorem agnosco excellentem: blandior ipse met mihi qui auctoritatem non futulis ho minis me consecutum inuenio. ENEAS. Non intelligo quid sibi uelit Roma restaurata quam scimus laceram esse et omni ex parte iacentem in qua si quid noui ope ris erigitur demptis paucis que Nicolaus Quintus no/ster Pontifex sororia priscis edificauit: instar nidorum esse uidetur quos nostri in edibus yrundines construũt Neq; si coeant Europe uires Romam possint ad pristi/nam faciem redigere. habent et Vrbes suum terminum neq; cadentes surgunt neq; senescentes iuuenescerẽ pos sunt. PETRVS. Vrbis Rome non ille templa aut me/nia restaurat. ruinarum noticiam ad memoriam reuocat. Idq; Romam restauratam appellat. Sed audi qd Valle obuenerit. hic Quintilianũ de institutione oratoria ad Marcellum. cum integrum nulla ex parte uiaciatum of fendisset: ditiorem se regibus Persarum existimans: Hic est inquit magister artis: hic est cui cedere omẽs oportet. hic est unus qui rectum ad eloquentiam iter ostendit. Tum Vegius caue ne hominem hispanũ Romanis oĩbus anteponas aut Ciceroni compares ad quem Valla Quin tilianus inquit et si originem ab Hispanis ducit ipse: tñ sese Romanum appellat qui Rome est educatus et eru/ditus. Neq; ego hunc in eloquentia Ciceroni parifico. sꝫ aio si quis ad oratoriam aspirat: huic ex Quintiliano p̃ cepta sumenda atq; aperto uolumine cum ad Tertium librum peruenisset: locum ostendit in quo ad hanc sen tentiam scriptum fuit. Precipuum uero lumen sicut elo quentie: ita preceptis quoq; eis dedit unicum apud nos specimen orandi dicendiq; oratorias artes. Marcus Tullius post quem tacere moderatissimum foret: nisi

et rethoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret et
in oratoriis hec minora que plerũq; deſiderant̃ ſciens
omiſiſſet. Cum q; his uerbis ſoluta queſtio uideretur. O
inqt Vegius Si Ciceronis in hac Bibliotheca de re pub/
lica libros inuenire daretur. Vanum eſt inquit Blond9
deſiderium tuum cuncta ſcrutatus ſum. nuſquã appa
rent petiere iam dudum. At Auguſtinus inquit Valla
opus inſpexit qui ſepe in his libris quos de ciuitate dei
ſuperna inſpiratus gratia conſcripſit mentionem hui9
operis facit. Tum Vegius hic eſt inquit Aurelius Au/
guſtinus qui de ſuperna Iheruſalem diſputat atq; ape
rienti grande uolumen quod propter ſe fuit ſecundus
liber in manus incidit. Et locus qui ex Cicerone recep
tus. de iuſticia diſceptationem habuit ibi neſcio quis
pilus inter diſputantes introductus; iniuſtitie partes
tuetur. Verumq; illud uidetur aſtruere quod tum vul
go ferebatur rempublicam ſine iniuria regi non poſſe.
Quod cum ego accepiſſem. Quid tu inquã Valla noctes
dieſq; Romanam curiam arguis et nunc ſignaturã apo
ſtolicam reprehendis. nunc iudicia ſacri ſenatus accu/
ſas. Ruituramq; mox Petri cathedram aſſeris ſi uel pa
rum per iuſtitia flectitur. Iam uides quia ſine iniuria
nõ poteſt reſpublica gubernari. Tace inquit Valla mul
torum eſt hec uox principum qui dum uirtute neſciũt
iniquitatem irrumpere et ſcandalum ponunt in agilita
te ſua eo ſe uertunt ut oportet ſe minus iuſtos eſſe af
firment ſi rem publicam tenere uelint. ſed lege quod ſe
quitur. Dum lectionem proſequor. Scipionem dicere in
uenio non modo falſum illud Sine iniuria non poſſe rem
publicam regi ſed hoc ueriſſimum eſſe ut ſine ſumma iu
ſtitia reſpublica ſtare non queat. Lelius quoq; eodem
loco rationibus adamantinis oſtendit. nihil tam inimicũ
quã iniuſtitiam ciuitati. nec omnino niſi cum magna iu/
ſtitia geri aut ſtare diu poſſe rem publicã. BERNAR
DINVS. Rectori oĩm deo tam cordi iuſticia eſt ut p re
dimenda culpa primi parẽtis ꝓprio filio nõ pepcerit at

ea uenalis apud homines est quáuis scriptura clamitet
Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Propter iniusti
ciam regna atq; imperia de gente in gentez transferun
tur. Eam ob causam magis ac magis timeo Turcos. naz
siue regum nostrorum siue pontificum facta contueor
omnes declinauerunt. inutiles facti sunt. Non est qui fa
ciat bonum. non est usq; ad unú. neq; misericordia neq;
ueritas neq; agnitio dei est sup terraz. Christiani estis
nomine gentium autem facitis opera. execratio et men
dacium et cedes et furtum et adulterium diffusum est
inter uos et sanguinem sanguini supermiscitis. Quid
mirum si deus indignatus his actibus: Maumethé Tur
corum ducem uelut alterum Nabuchdonosor uris serui
cibus imponat. aut enim superbia inflati estis. aut aua
ritia rapaces: aut iracundia seui: aut inuidia liuidi: aut
libidine icesti: aut crudelitate uiolenti null9 delinquen
di pudor adeo manifeste et inuerecunde peccatis ut
per ipsa uideamini peccata placentes. Vereor heu ue
reor ne propesit iudicium domini aduersus incolas ter
re nostre. Neq; enim dubitandum est iram dei contra
nos indies crescere. Cum crescant quotidie que punien
da committitis. Sed comprimo nunc sermonem. Tu se
quere quod cepisti dulce est audiŕ que inter uos uerba
fuerunt. PETRVS Obsequor quáuis dulcior ex ore
tuo manarit oratio. Scipionis aliud dictum memoratu
dignum apud Ciceronem Valla cum repperisset mirú
in modum philosophie studium commendauit. ENEAS
Edisfere dictum. PETRVS. Vt in fidibus et tybiis in
quit Scipio cantuq; ipso ac uocib9 cócentus est quidá te
nend9 ex distinctis sonis qué immutatú ac discrepanté
aures erudite ferre non possunt. isq; concentus ex dis
simillimoꝝ consensu morú contineri et q̄ armonia a musi
cis dicit̃ in cantu eam esse in ciuitate concordiá arctissi
m̄i atq; optimum in omi re pub. uinculú incolumitatis.
BERNARDINVS. Et hic Turcoꝝ causa in menté uenit
Nam quo pacto magnum Impatorem ferocem populú:
numerosum exercitum christiani sustineant inter quos

nulla dilectio est nulla cōcordia. Quid est quod reipub
lice Christianoꝝ possit sperari in mille frustra consciſſe.
non ueritas nostra potest mentiri. quia omne regnum
in se diuisum desolabitur. et domus supra domum cadet
sed prestet quid Valla dixerit audire PETRVS Oblec-
tatus his que retulimus verbis noster Valla Quid studio
līrarū suauius inquit: quid dulcius quid ditius philoso-
phia. Cumulent opes alii. gaudeant armorū gloria. sint
in ciuitate potentes. uxores quot malint: sibi coniun-
gant. indulgeant uino. distendantq̨ cibis uentrē. mihi
musarum comitatus assit. me totum philosophia possi-
deat. hec sola medetur animis. inanes sollicitudines de-
trahit. cupiditates frenat. timores pellit. huic qui sese
dederint: facile ceteras abiiciunt curas. uitamq̨ ducūt
qualem aiunt patere beatis. mortalibus equandi supe-
ris. Tum Vegius si uis inquit suas philosophie reddere
laudes. ex ultimo Tusculanarum questionum libro. Cice-
ronis uerba resumito. Tū ego referto si libꝫ. liber adest
ait Vegius quem cum apperuisset: in eo ad hunc modū
summum oratorem dicere comperimus. O uite philoso-
phia dux O uirtutis indagatrix. expultrixq̨ uiciorū
quid non modo nos sed omnino uita hominuꝫ sine te esse
potuisset. Tu Vrbes peperisti. Tu dissipatos homines in
societatem uite conuocasti. Tu eos inter se primo domi-
ciliis dein de coniugiis tu litterarum et uocum commu-
nione iunxisti. Tu inuentrix legum tu magistra moruꝫ
et discipline fuisti. ad te confugimus a te opem petimus
Tibi nos ut antea magna ex parte: sic nunc penitus to-
tosq̨ tradimus. Hoc modo cum biduo simul dulces seru-
issemus sermones. et nunc istum nunc illum percurra-
remus librum: nescio quis meam fugaꝫ Iacobo Perusino
antistiti reuelauerit. Is subito cum cesare sororis magni
presulis uiro cumq̨ Iacobo caluo Mediolanensi et mag-
na uenatorum turba quesitum me uenit. ENEAS. De-
miror cur Nicolaus quoq̨ amidanus placentine presul
ecclesie et Iohannes Campisius cuꝫ his ad te profecti
nō fuerint quoꝝ tibi alter est compater alter amicitia

ſolida coniunctus· ambo uiri docti et tua digni familia
ritate· PETRVS· Nicolaus ad Mediolanenſem tranſla/
tus eccleſiam domum perrexit: plebi et ſibi uicturus· Io
hannes ei ſucceſſor in Placentia ſuffectus: nouus Epiſ
cop9 nouis urget̃ curis· z amiſſo dño cui diu famulat9
eſt Franciſco Vicecancellario quem noſti Epo Cardina
li· Nam is nuper obiit ere preſſus alieno · neq̧ muſis ex
more operam prebet· neq̧ uenatice quam nunquam di
lexit: intendit animum· At Peruſin9 Pontifex letus et
exercitationis amans paterculus: poſtquam ingreſſus
Caſſinenſe cenobium incumbentes nos lectioni conſpi/
catus eſt· Quid uos inquit ignaue pecudes tecto gau/
detis et umbra· Siccine ruſticari huc ueniſtis quin ue
natũ eximus: multe ĩ ſiluis fere· Tres qui mecũ queſitu
ri libros: romam reliquerant · immobiles in bibliotheca
perſeuerant· Ego incaut9 morem nouis hoſpitib9 gero
et abiectis philoſophie ſtudiis uenationi me accingo·
itur in antiquam ſiluam· cingunt omnes moloſſi ſaltus
iuga montium taciti obſeruant· Luſtrat profunduz ne
mus odora canum uis · ruſtica manus armata uenabulis
pro retib9 excubat· Ipolitica uenatio ſtruitur · cornua
celum clamore complent· dum fertur in mediũ ceruus
accurritur · undiq̧ ille e turma lapſus: canuz rurſus la
tibula querit· Tuz caluus alto clamore huc omẽs inquit
accurrite proch pudor· Siccine pene captum et multo
uulnere notum ceruũ amittimus: feſtinant ceteri· Ego
dum lepuſculi predam ſector: longius a comitibus rece
do inſcius· atq̧ in preruptas delatus rupes· equi iactu
ram facio· attero pedibus iter· inuador feris irruunt
in me fauni ſaturiq̧ bicornes· ſed nihil eſt tygride horri
bilius que ceteris uelocior eſt et immanior pedum eius
motum· neſcio uelocitas an pernicacitas magis adiuuet
nil tam longum eſt quod non breui penetret· nil adeo
antecedit quod non illico aſſequatur· ſed uos deus mihi
obuios dedit me trucibus ungulibus beſtie ſubtrahere
tis· Vidiſtis animal maculoſis inſigne notis: nigrantib9
ſegmentis; fuluo nitidum et ignota ueritate decens· ne

ſcio unde huc aduolarit fera cui apud hoſtia oxi flumi
nis in hyrcania natalé patriam dicunt ubi et panthere
gignuntur et pardi et leones quãuis ignobiles. BER/
NARDINVS. Superna te huc uoluptas impulit. nec
te penitebit uidiſſe tygridem q̃uis rei parum honeſte
dares operam. PETRVS. Cui rei. BERNARDINVS.
Venatice. PETRVS. Quid mali uenationibus
ineſt. BERNARDINVS. Rogas: occiſurus
uenator beſtias nutrit beſtias. rapin inſueſcit et cedi.
ferus cum feris uictitat. multa impendit: pauca querit
panis qui dandus mendico fuit: canibus apponitur. ſi
nihil in predam uenit: luget domus. Si captus eſt aut
aper aut ceru9 aſſunt cornicines ac tibicines qui uelut
ad triumphum deuictum Perſidis regem ducant. ſcur
ris et hiſtrionibus conuiuium ſtruitur. omnis inter po
tandum de feris ſermo. illicꝫ maior audientia prebetur
qui mentitur audactius. et quis eſſe hominis d̄ iuſtitia
de moderatione de religione ſenſus poteſt. Qui uitam
in ſyluis inter Vrſos inter apros agitat: uenatorem cle
ricum ſacri canones improbant. Themiſtocles atheni/
enſis qui ludos omnis generis magiſtratibus cenſuit in
hibendus nequaquã ſeculari poteſtati uenationem in/
dulſiſſet ne res publica pugnare cum beſtiis uideret̃.
Anibalem ferunt Romanum quendam neci tradidiſſe.
qui ſe iubente ſingulari certamine percuſſerat elefan/
tum. necꝫ enim dignum eum uita putauit qui cogi potu
erit cum beſtiis dimicare. Quid de his ille ſenſiſſet qui
ſuopte ingenio omnem uitam beſtiali prelio conſecrarũt
Primus in ſacris litteris Nemroth uenator coram dño
robuſtus inſcribitur. quem nemo dubitat inter impios
computari. temerauit enim iura nature. ſeruitutis in/
uentor atcꝫ tyrannidis. necꝫ contentus ſubieciſſe ſibi q
pares antea fuerant. improba temeritate turrim edifi
care temptauit qua celum inuaderet. in cuius obicem
uniuerſe terre labium eſt diuiſum. Perlege ueteris te/
ſtamenti codicem. Idumeos et yſmahelitas uenationib9
occupatos inuenies homines ſine legibus ſine deo. hos

tu nunc imitari uolebas qui relicta philosophia uenati
ce te tradidisti. PETRVS. Habeo que tuis dictis obii
ciam pauca si permittis. BERNARDINVS. Permitto.
fare ut libet. PETRVS. Aristoteles inter philosophos
receptissimus in eo libro quem politicoꝝ uocant: homi
nes inquit qui pigerrimi sunt pastoralē uitam sequunt
quoniā a mansuetis animalibus sine labore eductio pro
uenit ociosis. Alii uero ex preda uiuunt. et preda qdem
alia. Alii ceu. alii uenantes. alii piscātes. ut qui paludes
et stagna et flumina et mare colunt. alii ab auibus et fe
ris. Sed maxima pars hominum a terra uiuit. et a fruc
tibus non siluestribus. et paulo post ait. Sunt qui ista
miscentes iocunde uiuāt: supplentes deficientem uitā
qua deficiens est ut sufficientia assit. ceu quidaꝫ pasto
ralem simul et predatoriam. Alii agriculturam et uena
tionem. et paulo post. Talis igitur acquisitio ab ipsa ui
detur natura hominibus data. Si ergo per naturam ue
natio est admissa: non est cur legibus excludatur. Cūqꝫ
regionum aliquot homines sola uenatione se nutriant:
Quis eos errare putauerit qui uictum eo modo quo pos
sunt uno perquirant. Et si piscatione uti licet. Nam Pe
trus et Andreas ex piscatione ad euangelium euocati
post mortem domini rursus ad rethe et flumina redie
runt. Cur uenationem tantopere execramur. Quod si
testimoniis ueterum uti uolumus: non desunt qui uena
ticam probent magni et laudati uiri. O fortunatos in
quit Virgilius nimium sua si bona norint agricolas. qui
bus ipsa procul discordibus armis fundit humo facilem
uictum mitissima tellus. At partem uite rustice qs ne
gauerit esse uenaticam. Cum dicat idem Vates inter ce
teras agristis uite laudes nō absunt illic saltꝰ et lustra
ferarum. Oratius cum dixisset. Beatus ille qui procul
negociis ut prisca gēs mortaliū paterna rura bobꝰ ex
ercet suis Solutus eniꝫ fenore et plurima quibꝰ se exer
cent agricole protulisset. Inter alia hoc quoqꝫ subiūgit
At cum tonantis annus hibernus Iouis ymbres niuesqꝫ
cōparat. aut trudit acris hinc et hinc multa cane apros

in obstantes plagas· aut amite leui rara tendit rethia
turdis· edacibus dolos pauidum leporem et aduenam
laqueo gruem iocũda captat premia· Beatos hic ut au
dis Virgili9 fortunatos uenatores affirmat· Tibi uiden
tur nisi fallor miseri qui peccatores eos astruis esse· Af
feram et alios uenationis amicos nõ paruos atq; impro
bandos homines· Thebani qui quondaʒ grecie principes
habiti sunt adeo uenaticá probauerunt ut de ipsa tanq̃
de arte quadam ciuitatibus utilissima precepta tradi/
derint· eosq; secuti sunt fryges· Athenienses uiri inter
omnes sapientissimi q̃uis prius uenaticam suis ciuib9 in
terdixissent; mutato tamen postea consilio permiserũt·
Venatorem fuisse bachũ nullus ignorat· In semiuiri chy
ronis antro nutritus achilles insecutus frequenter fe
ras uirilem imbuit animum atq; inde fortior perrexit
ad Ilium· Quis maior apud ueteres Hercule iudicatus
est· hic tamen aeripedem teruaʒ fixit· at erimanthi pla
cauit nemora· Troius Eneas apud Africam tempesta/
te delatus sagittis insequitur ceruos· nec prius absistit
q̃ septẽ ingentia uictor corpora fundat humi et numeꝝ
cum manibus equat· Sed audi apud Tragedum Senecá
ypoliti casti et innocentis uerba iuuenis· Non alia inquit
ille magis est libera et uitio carens ritusq; melius uita q̃
priscos colat quá que relictis menibus siluas amat· non
illum amare mẽtis inflammat furor qui se dicauit mõtiũ;
insontẽ iugis non aura populi et uulgus infidum bonis·
non pestilens inuidia· non fragilis fauor· non ille regno
seruit· aut regno imminens uanos honores sequitur· ac
fluxas opes spei metusq; libet· haud illum niger edaxq;
liuor mordaci dẽte petit· nec scelera populos inter atq;
urbes sita nouit· nec omnes cõscius strepitus pauet·
Parua ne laus hec a laudato iuuene uenationis et agri/
stis uite uidetur: Quippe diana nunquá apud ueteres
magna siluas inter et lucos dea clarumq; celi sidus et
noctis decus existimata fuisset nisi commendatissimum
uenationis exercitium reputasset antiquitas· Hinc illud
Remuli apud Virgilium de priscis Italis durũ a stirpe

genus natos ad flumina primum deferimus seuoq; gelu duramus et undis uenatu inuigilant pueri siluasq; fati/gant. Sed contemnis ista fortasse. que ab Ethnicorum scala proueniut. Verum nec sacri nobis liberi testimonia desunt. Si damnat9 est ut ais tantopere uenatiois usus quomodo sanctus uir et patriarcha gloriosus Isaac. Cú caligassent oculi eius uocato filio suo Esau dicit. Sume arma tua et pharatram et arcum et egredere foras. cumq; uenatu aliquid apprehéderis fac mihi pulmentú sicut uelle me nosti. et affer ut comedam et benedicat tibi anima mea antequá moriar. Sunt et qui Machabeú fortissimum illum Hebreorum ducem uenationis aeree inuentorem existiment. quáuis greci hoc inuentú Vlissi attribuant. Quid quod apud Prophetam missurum se pollicetur dominus uenatores qui de umbrosis et ex/celsis uenentur erroneos. Satis ista ut arbitror ad de/fensionem uenationis allata uidentur. Sed horrescis fu sionem sanguinis et occidi feras sine crudelitate quadá non existimas. Ergo bouem aratorem quem Hesiodus pro seruo habendum putauit. qui tibi terram subigens frumentum prebet; et ouem mansuetam que tibi lanam caseumq; ministrat impune trucidabis. Siluestribus bestiis que tibi nullo sunt usui parces. nóne iure contra te uersus illos adducam. Quid meruistis oues placidum pecus inq; tuendos. Natum homines pleno que fertis in ubere nectar. Mollia que uestris nobis uelamina lanis Prebetis uitaq; magis q̃ morte iuuatis. Quid meruere boues animal sine fraude dolisq;. Innocuú simplex natú tolerare labores. Immemor est demum nec frugum mu nere dignus. Qui potuit curui dempto modo pondere aratri. Ruricolam mactare suum qui trita labore. Illa quibus totiens durú renouauerat aruum. Tot dederat messes percussit colla securi. Nonne satius est ferarum fúdere sanguinem q̃ hec animalia mitia deuorare. Ego magnum Regem et nostri seculi fulgidum iubar Alfon sum Sicilie Regem tanto studio sectari feras et colere montes et siluas minime putauerim si tua ex sententia

crimini dan da uenatio fuerat. BERNARDINVS. Congessisti aduersus me plurima que tibi inexpugnabilia uidentur argumenta: sed quantū roboris habeant mox intelligas ab ipsa natura uenaticam mortalibus esse concessam Aristotelis auctoritate cōtendis. nihil inficior. Sed ait ipse Philosophus idem de Predatoria. nos tamē Pirratas et om̄e genus predatoꝝ reprobamus natura maris et femine passim cōiunctiones admisit. Nos extra matrimonii legitimas faces: omnē uenerem accusamus. Quid mirum si uenaticā natura concessam lex moderatur ac restringit. non tamen omnino uenationes ut post dicemus ꝓhibite sunt. neqꝫ si sint aliqui Christo credētes qui uitā in cōmuni uenatu ducunt eos condempnamus. Moyses Iudaico populo rudi et dure ceruicis libellum repudii coniugalis indulsit. nos Barbaris suos mores relinquimus at ubi orbis excultus est et uictus ex agro pastusqꝫ recipitur. non est cur uenationes ueluti necessarias introducamus. nec par ratio piscationis et uenatiōis hn̄da est. Piscatio seuitia caret absqꝫ atrocitate quadam animi uenatio non admittitur. Flaccus et Maro Ruricolis et agrestib9 hominib9 uenatiōes nō urbanis indulgent. Quid tibi aut Episcopo Perusino cum rusticis quod illis necessitatis est: hoc tibi uoluptatis et leuitatis fuit. nec me Thebani ex sententia depulerint. Infames Paricidiis et incestibus fedi quorum turpitudinē nulla satis Tragedia decantauit. nec frygibus auscultauerim leuibus et effeminatis hominibus. quibus cū nihil cordi esset nisi picta croco et fulgenti murice uestis et cantus et corea et buxus. necessum fuit aliquid exercii sumere durioris si friges non frigie uideri deberent de Atheniensibus facilis est responsio qui cum primum libertatem amiserūt. expugnata ab hostib9 ciuitate cū interdicte uenationis edictū censuerūt esse soluendum. Cum bachi exemplo uenandum suades et bibendum sine modo poteras eodem magistro suadere. Achilles mea dicta confirmat. qui dum feras occidit quo pacto trucidaret in ꝑlio uiroꝝ didicit. Herculeus in uenatu labor reipublice

causa receptus est: q feras hominibus noxias interemit Enee duas uenationes accepimus. Prima quá. retulisti necessaria fuit ut esurienti classi cibum pararet. altera et si ficta est et a uero remota: turpissimú tamen fructú peperit. Inde illud Speluncam dido et dux et Troianus eandem deueniunt. Et paulopost. Ille dies primus leti primusq; malorum causa fuit nec uerba ypoliti tam mihi uenationem quam uitam agrestem laudare uidentur. De qua Virgilius. cum multa digna memoratu in georgicis scripsisset: quod multis uerbis ypolitus prosequitur unico expressit uersu. At secura quies inquit illi scilicet rusticorú est et nescia fallere uita. Nec dianam tam uenatio q̃ perpetue uirginitatis opinio ut gentilitati usú est traxit in celum. quanuis et ipsam fuisse immitem et trucem in hacteonis morte etiam gentilium scripta cómemorát ut est illud Ouidii. Nec nisi finita per plurima uulnera uita ira pharetrate fertur satiata diane. Nec tu mihi priscos Italie populos dixeris imitandos apud quos pueri uenationibus indurati usq; in senium bellis ac latrociniis intendebant sic Virgilianú illud ostendit. At patiens operú paruoq; assueta iuuétus. Aut rastris terram domat aut quatit opida bello. Oíe euum ferro teritur uersaq; iuuencum. Terga fatigamus hasta nec tarda senectus. Debilitat uires animi mutatq; uigorem Caniciem galea premimus semperq; recentis. Comportare iuuat predas et uiuere rapto. Quid aliud ista pbét nisi ex usu uenationis immitescere animos induta crudelitate: inhiare spoliis: sitire sanguinem: humanitatis obliuisci. Neq; ego apud tuos gétiles bonis successib9 usos inuenio uenatores. Dardanius ille uenator ab aquila raptus in yda ad illicitos transfertur amplexus. Apri détibus extinctum deflet uenus adoni hacteon. de quo supra retulim9 inter nemora nutrit9 et feras ut uerbis utamur poete heu famulos fugit ille suos clamare libebit Hacteon ego sum dominum cognoscite uestrum. Verba animo desunt et rursus undiq; circunstant mersisq; in corpore rostris. Dilacerant falsi dominum sub imagine

62

ceruı· Pulchra me iudice contra uenatorum ınſaniam adducta eſt fabula· Quid ſibı uult homo in ceruum con/ uerſuſ: niſi quia uenator aſſiduus humanos mores in be ſtiales conuertit· Et quid laniatus a ſuis canibus dñs· niſi quia uenatores turba canum gaudentes dú multos alunt: omnemq; in his ſubſtantiam ſuam conſumunt ad inopiam redacti canum dentibus deuorati uidentur· Vide ut tuis te cófodio iaculis iam poete quoq; te armis iuuare putabas recte intellecti aduerſus te ſentiunt· mecumq; uenaticá prohibent· Ac ualidiſſimú tibi uiſum eſt teſtimonium yſaac qui filium uenatú mittit· Dixim9 ſi meminiſti non eſſe ruricolis uenaticam penitus inter dictam ſed licere eos uenari ex cauſa ex perſona ex té/ pore yſaac homo agreſtis et inter pecora uitam ducens haud quaqná deliquit uenationem filio precipiens qué benedictionis gratia in caput gentium conſtituere diſ ponebat· neq; peccat ille dú pr̃i obſequitur· Sed traxit ad ſe mora periculum· et immoderato retentus amore uenandi dum prolixius inſequitur feras; paterna bene dictione fraudatur· fit deniq; ſilueſtris et ferus et cum cedibus aſſueuiſſet immunieris etiam fraternum ſan/ guinem ſitire cepit· uixq; tandé muneribus eſt placat9 diuina uero diſpenſatio reiecto uenatore Iacob elegit qui gentis electe principatum teneret· Quod uero de uenatione aerea ſuadidiſti: non eſt mihi ueriſimile neq; eniꝫ Machabeo qui tot bella aduerſus Anthiochii duces geſſit qui fratribus libertatem reſtituit leges erexit ce rimonias innouauit· ad huiuſmodi leuiuſcule uoluptatis ocium fuiſſe crediderim neq; me conturbat Vlyxis ex/ emplum qui et ſi Grecis quorum parentes ſub ylio ceci derát: ueluti per ſolatiú uenari permiſerit· Thelamacú tamé filium huius exercitu tanq̃ parú idonei expertē eſſe uoluit· Illud autem pene ridiculum eſt quod de pro phetica promiſſione in medium protuliſti· quo in loco per ſimilitudinem locutus dominus ita ſe uitia ex mundo pulſurum promittit: quemadmodum uenatores ex ne/ moribus abigunt feras quod tunc impletum eſt cum ex

euntes Apostoli per omnem terram euangelium predi
carunt· Qui et uenatores hominū possunt et piscatores
non absurde uocari· Nam cum uidisset dn̄s petrū et An
dream piscationi operá dátes: uenite post me inquit et
faciá uos piscatores hoīm· Noluit aūt dicere uenatores
cū illi piscatores nō uenatores fuissent· neq̧ approbari ue
naticá uideri uoluit· que nō tá necessitatis q̄ uoluptatis
gr̄a plerorūq̧ exercet̄· Arguis me postremo loco táq̄ eadē
ferarum detester et aīaliū domesticorum occisionē cōmendé·
Sed accipe menté meá nō ego sum qui dicá partite· uati
cinor cognatas nece nefádas exturbare animas nec san
guine sanguis alatur· bos arat aut morté senioribus im
putet annis· Horriferá cōtra boreá ouis arma ministret
Vbera dent manibus sature pressanda capelle· Retia cū
pedicis laqueosq̧ artesq̧ dolosas· Tollite nec uolucré uis
cata fallite iurga· Nec formidátes ceruos illudite pénis
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos· Perdite si qua
nocét uerū hec perdite tantū· Ora uacét epulis alméta q̧
mitia carpant· Pictagoras samius in hūc modū loquutus
fert̄ qué secuti nonnulli ex nostris in uiá gentiū abiere
recisi ab ecclesia encratice qui cū dánatū primū hoīem
credidissent: nuptias refutarūt et ab aīalibus abstinēdū
predicauerūt· Cuius heresis Tacianus auctor existimat̄
Iustini discipulus: ingratus existés deo qui hec humanis
usibus procreauit· mihi exploratissimū ē et ueteré et nouá
legé usum carnes admittere· Scioq̧ regē meū dum hō
inter homines cōuersatus ē: paschalé agnū cū discipulis
cōmedisse et patrē familias ut euágeliū tradit redeunti
filio prodigo uitulū saginatū apposuisse· Quid tum an quia
licz uesci carnibus: propterea macellarios approbabo et nō
sordidos hoīes dicá immites truces optat eē respublica
q dánatos ad morté gladio feriát· Lictores tn̄ atq̧ car
nifices despectui sunt et infames atq̧ itestabiles habiti·
Ceterum ut ad uenaticá de qua nostra contétio est descen
dam· quáq̄ nullum magnopere laudauerim uenationis
genus· Si qui tn̄ pro tépore pro persona pro causa uenati
fuerint: neq̧ modū excesserint: hos minime uituperim·

b 4

Rusticis hoc hominibus relinquendū est exercitiū qui dū seuit hyemps et arua quiescūt: non inutiliter hisdem canibus feras captāt quos ad custodiam gregis alunt. Regibus autem et qui reipublice presunt et si aliquādo permitti potest ut animi laxandi gratia uenatum eant. Cauendum tamen est ne sumptus nimios ne ue moram prolixiorem in re minime necessaria faciāt. Satis est regibus ac magistratibus qđ in urbibus agant qui iustitie fruende causa sunt cōstituti. nec tu mihi Regē Alfōsum proposueris qui cum reipublice maxime consulit: cum uenatur. nec uel belli uel pacis inter uenandum offitia negligit. Vnicum nostri seculi lumen quod ceteri principes non tam imitari ualeant q̄ mirari. Tibi uero uel Perusino presuli qui sūmi Pōtificis exequi decreta soletis nihil cōmune cū uenatoribus erat nec te Cesar idcirco gladio cinxit ut contra bestias dimicares pupillos uiduasq; protegere te oportet. Quid tibi cum siluis et feris. id unumquemq; decet maxime ut inquit philosophus quod ē cuiusq; maxime. Atq; ista satis de uenatica dicta sint. Sed modo tibi Enea que cum Petro familiaritas est ENEAS. Bello quod aduersus Florentinos anno primo Eugenii quarti te nondū rebus humanis exēpto magna ui gessere Senenses. Dominicus Capranica quem Martinus Quint9 ad Cardinalatum euexerat Rome spret9 Senas uenit Basileam petiturus ubi tunc generale concilium sedebat ibi ut iniuste negatam dignitatem iuste consequeretur. illi tum Petrus hic secretoꝝ custos fuit et signandi litteras artifex. Ego quoq; noua tunc auis ex Senēsi gymnasio uolatura: Dominico adhesi. Nicolaus geminianus ordinis predicatorum professor ad illū me deduxit qui Paulum Dionysium Lucensium tyrannum ex dominio precipitauerat et hūc postmodum Basilieñ. congregatio iam per Romanam ecclesiam reprobata: grossetane prefecit ecclesie quāuis possessionis cōmodo fraudatus in aliena parrochia diem clauserit. me Dominicus Basileam duxit. illic una mihi mensa unū cubiculū et unum offitium cum Petro fuit apud eundem Cardi-

nialem diu manſimus cui diuina et humana iura et om/
nium bonarum artium offitia meditata cõpertaqꝫ ſunt
ille nos rudes emẽdauit et ſi quod eſt in nobis doctrine
lumen: ex illius ſcola mutuata ſumus. At cum mutato
dño nũc huc nũc illuc fortuna me raperet. reſpiceretqꝫ
me diuina pietas non iniquis oculis hunc tamen altius et
fortunatius euexit: Ego per uarios caſus ad Ceſarem
ueni. hic meliori ductus ſidere celeſtis uite prĩ Nicolao
ſancte crucis Cardinali dum uixit adheſit. eo mortuo
cum duxiſſet uxorem nobilem et pudicam ſex annis offi
ciis Romane Curie non ſine graui labore ſe ſuſtentauit.
Deinde ad Thomam Sarezanam Cardinalem ſancte Su
ſanne ſe contulit excellentis ac acutiſſimi ingenii uirum
qui mox Eugenio defuncto ad ſummi apoſtolatus apicẽ
eſt aſſumptus apud quem adeo creditꝰ eſt atqꝫ dilectꝰ
ut eius uerba pre cunctis recipiantᷓ. Hunc omnes Italie
ciuitates uenerantur reges honorant Cardinales ex/
pectant non tamen in hoc rerum cacumine conſtitutus
ueterum ſotiorum oblitus eſt. extollit omnes qui ſibi ad
huc humili familiares fuerunt quanto altior eſt tanto ſe
gerit ſummiſſius. Inuidiam uirtute ſuperat. Sed multa
ſibi inter magnos honores incumbũt tedia que ſcuto pa
tientie ſuffert. Nec Peruſinus Pontifex quãuis honoratꝰ
et in palatio potens ſine grandi moleſtia uitam ducit: ni
mirum ſi furati ſunt unam in anno diem quã ſaltibus ac
uenationibus ad expuendam miſeriam deputauerint.
BERNARDINVS. Licebat honeſtiori ſolatio
perfrui ſed diuine diſpenſationis conſilio huc Petrus
delatus eſt ydoneus. erit itineris tui comes. is Pape
que uiderit referet. tu Ceſari renuntiabiſ. Recte ad/
eſtis ambo Turcoꝝ ductor et Nicolai gladium et Fride/
rici Mucronẽ infringere ꝓpoſuit. De hoc audietis ambo
que ueſtris dominis non erit inutile cognouiſſe. PE/
TRVS. Et quo uobis ẽ iter. ENEAS. Ad elyſios cãpos
illic maximum concilium celebratur. PETRS. Cuiuſ/
modi conſilium. ENEAS. Mortuorum ut ex Bernardino
accepi. PETRVS. Qui uite finem habent apud nos ex

tribus locis in unum migrát· aut celum petunt: aut igne
purgatorio retinent: aut eterno supplicio mancipant·]
quartus mihi locus incognitus atqꝫ inauditus est quis
elysios miret grecia cápos· id ego fictũ atqꝫ inane duco
ENEAS· Tua ẽ rñsio Bernardine mihi grauiuscula q̃stio
BERNAR· Quod gentilitas elysiũ appellat: hoc padisũ
scriptura uocitat magna uis ueritatis cuius semina in
omĩ gente ĩ omĩqꝫ secta repiunt· neqꝫ ulla heresis ẽ omĩ
ex pte falsa quis errauit grecia multoꝝ cultrix atqꝫ in/
uentrix deoꝝ id tñ ueꝝ credidit qd de cruciatibus aíaꝝ
nr̃e religiõi cõforme dixit· at cũ illi nõ uideret cõseqns
multitudini celũ patere neqꝫ rursus q bñ uixissent tar
tareas penas subire ducẽte naturalis lumĩe ratiõis locũ
tertiũ cõmentata est in quo uitá iocundá beatáqꝫ duce
rent apud quos elysii cápi dicti sunt· quos uero in celũ
retulere poete: eos deoꝝ filios arbitrati sũt cũ se corpo
rib9 humanis supne ptátes infũderent· Philosophi uero
altius meditati eoꝝ aías q uitá immaculatá in terra dux
issent: ad supiores circulos euolare hoc est ad originem
suá redire putauerũt partem· Namqꝫ celestis ignis esse
aímá crediderũt ubi ergo cápos elysios patere gentiles
affirmauerunt: illic nos terrestrem paradisum dicimus
esse· ENEAS· Possum ne pauca aduersũ te dicere· BER
NAR· Cur neq̃as in hoc ad uos sum missus ut q̃ uobis du
bia sunt certa efficiá· ENEAS· Paradisũ esse terrestrem
neq̃o cõprehendere· BERNAR· Quá ob rem· ENEAS·
Paradisum putat Beda locum esse amenissimum· longo
maris et terre tractu a nr̃a habitabili secretum usqꝫ ad
globum lune altitudine sua cõtingentem· Hoc aũt mihi
nulla rõ suadet. Cumqꝫ phõꝝ sententia sit: ignem supiorẽ
inde celum hinc luná cõtingere· nõ est uero simile locum
est terrenũ cui9 cacumen ad lunarem globũ extendat·
Cum nihil possit in ignem subsistere· Qd igit ait Moyses
Plantauerat autem deus Paradysum uoluptatis a prí
cipio in quo posuit hoíem quem formauerat de hoc ipõ
mũdo quem colim9 intelligi põt idqꝫ sentire uident non
nulli scpturaꝝ íterptes q p fõtem de terra ascendentem

et irrigantem superficiem paradisi: abyssum aquarum intelligant hoc est Oceanū qui terrá cingit· et a poetis ac philosophis dicitur amphitrites. BERNARDINVS· Verax Beda est quāuis altitudinem paradisi per yperbolem expresserit· Neq3 eniz Adá in ea terra quá colitis a deo posit9 é· sed ī paradiso uoluptatis loco amenissimo et mortalibus in accesso nisi quibus desuper datum sit· Ait eniz scriptura· emisit eū dn̄s de paradiso uoluptatis ut operaretur terrá de qua sumptus est· Eiecitq3 Adá et collocauit an̄ paradisum uoluptatis Cherubin et flameum gladium atq3 uersatilem ad custodiendá uiá ligni uite· hec si tibi uel cuiquá alteri lib3 allegorice suscipere et ad moralem sensum retorquere nō ueto dum ueritas historie immutilata seruetur· Sed quid hoc in dubium modo uertimus cuius certitudo in promptu est locū tibi et Petro euestigio demonstrabo· PETRVS· Paradisū uel ad horá patere damnatis spiritibus non est mihi credibile qūo eniz ꝑpetua pena est quá uoluptas interrupit BERNARDI· Damnatus Sathanas sub specie serpētis in paradiso decepit Euam· Cur non dānatus humanus spiritus eo pergere possit· PETRVS· Cogis me credere quod nonnulloꝝ habet assertio· donec magna dies ultimumq3 iudicium ueniat Sensibiles cruciatus et animaꝝ et demonū suspensos sanctoꝝq3 gloriá usq3 ad id tēporis esse dilatam. BERNARDINVS. Error é caue ne illi auscultes Gaudēt in celis anime sanctoꝝ q Christi uestigia sunt secuti· Lugēt apud inferos impii· Sed quēadmodū angeli dum terras inuisunt: beatitudinē non amittunt· Sic et demones ceteriq3 damnati spiritus quocunq3 proficiscantur: occultum ignem gehenne secum ferunt et penis urgentur suis· PETRVS· Has spirituum conuentiones non audiui hactenus factas esse: quid noui hoc est· BERNARDINVS· Non omniū que sub celo fiūt mortales noticiam habent· fient que nunc facta sunt et rursum facta sunt que nunq̄ fient inscrutabilis altitudo diuini cōsilii cū uult et quomodo uult mirabiles operatur effectus at de conuentu audi quo pacto res gesta est·

PETRVS. Hoc q̄ro audio libēter ꝑpera. BERNAR-
DINVS. Constantinus Imperator Helene filius cum
accepisset orbem quam de suo nomine in Tracia condide
rat et orientalis Imperii sedem constituerat a Turchis
hoc anno captam nobilitatē cū principe cesam adactā ꝗ
seruituti plebem dolenti similis in hunc modū saluatoris
domini maiestatem alloquitur. Ego tibi o patris eterni
sapientia quas referam gratias pro tuis in me maximis
beneficiis ignoro. Nam quis est hominum quem tua grā
magis q̄ me circunfulserit: Tu me cum essem ex cōcubina
et stabularia natus dalmatico et Constantino fratribus
preferens: successorem patri dedisti. Tu mihi de francis
et Alemānis Galliam uastantibus adeo preclaram uicto
riam prebuisti ut cesis quāmultis milib⁹ hominū captos
coꝝ reges ingenti spectaculo bestiis obiecerim. Tu mihi
maximiam Herculei Soceri mei graues insidias per con-
iugem denudasti atꝗ illum massilie medietati facinoris
penas dare iussisti. Tu mihi cōtra Maxentium dum per
gere constituo et anxia sollicitudine fluctuo quo pacto
magnum ducem sine sanguine Romanorum ciuium tyrā
nide possim exuere circa meridiem declinante iam sole:
crucis signum ex lumine iam factum et scripturam ei
consertam que diceret in hoc unice demōstrasti ac per
quietem sequenti nocte uexillum me facere monuisti in
quo salutifere passionis tue tropheum geminis ac auro
contextum exprimeretur. Cumꝗ paruissem apud Mil
uium pontem incruentam mihi de tyranno uictoriā pre
stitisti rapidis illum tyberis absorpentibus undis. Tu me
contra licinium et in pannonia et apud cibalas. Deinde
Nauali et terrestri prelio apud Nicomediam adiu-
uisti pugnantem uictumꝗ hostem in manus meas ne
candum. quamuis sororis mee uirum cum esset inuidus
tradidisti. Tu me quatuor ex Cesaribus qui simul ad
Imperium aspirauimus: unicum qui Vrbi Rome ius
dicerem elegisti. nec pie matris mee dedignatus es fa-
ctum que sacratissimorum clauorum quibus diuine tue
manus perforate fuerunt alium in galeam misit qui ia-

cula meo capiti hostilia summoueret alium freno permis
cuit quo facili9 equus in bello ferox uerti regiq; posset.
Illud namq; propheticum impleri meo tempore uoluisti
quod zacharias diuino afflatus spiritu predixerat. Et
erit quod in freno est sanctū domino omnipotenti inde
me contra Gothos contraq; sarmatas preliantem mag/
nificis uictoriis decorasti. post hec pace Impio quesita:
ecclesiarum tuo nomini seruientium in me curam misisti
et quanuis nōdum baptisatus essem maximū illud et me
morabile cōsiliū cūctis seculis uenerandū apud Niceam
Bithynie conuocare me precepisti. Quod Arrianam Ve
saniam condemnauit. nouemq; mihi apud mortales diui
num fecit. neq; enim tam me bellorum gloria clarum q̄
pietas in ptegenda religione confouendisq; sacerdotib9
tuis memorabilem reddidit. Subinde cum uicennalia im
perii mei celebrassem cūctaq; mihi psp̄ere successissent
ac uenisset in mentem propriam condere ciuitatem cum
essem in Asia iuxta Hellespontum campūq; reperissem:
urbi condende aptissimum ubi Achiuis contra Troiam
pugnantibus castra fuerunt. Atq; iam ciuitatem desig/
nassem et portas erexissem que longo post tempore na/
uigātibus signa fuerūt inter dormiendū mihi apparēs:
locum deserere monuisti ac bizantium Tracie: regie sedi
diligere parui locum q; demōstratum adiens: ampliori
muro circundedi et admirandis ornatum fabricis ad fa
stigium ac magnificentiam imperialis urbis erexi deno
minatamq; meo nomine Constātinopolim nouā Romam
appellari perpetua lege sanciui. quam cum optarem
omni ex parte uetuste Rome similem reddere non sum
frustrat9. Tu mihi cū tris filios elegātis dedi ses forme
illud quoq; ad cumulum mee felicitatis addidisti ut Con
stantinū decennali meo constantiū uicennali constantē
tricēnali ad cesari culminis honorē summo pupulorum
fauore prouehere. Postremo cum iam quītū et sexage
simū annū etatis Imperii primū et trigesimū attigissem
apud Nicomediam sacri baptismatis unda purificatum
facto testamēto et diuiso inter filios imperio in has me

lucidas ſedes euocaſti cũ ſanctis et electis tuis eterna
gloria fruiturum. O magnam atq; exuberãtem erga me
tue miſerationis abundantiam quis unquam maioribus
q̃m ego ſum preuentus eſt muneribus gratiarum. Sed
unum eſt O Rex altiſſime aſtroꝝ motor et Orbis: quod
me hodie conturbat et animum expungit meum. Nam
ciuitatem quam tuo iuſſu orientalis Imperii ſedem con
ſtitui in qua ſolium Patriarchale poſt Romanum ſubli-
mius fuit: perfidi Maumethis ſatellites occuparunt
templaq; toto terrarum orbe memorãda in quibus tuũ
nomen omnibus horis in hoc uſq; tempus laudatum eſt
nephanda et abhominabili ſpurcitia polluerunt lit-
terarum monumenta que meam urbem uelut alteras
colebant Athenas diripuerunt. ſucceſſorum meorum
ſepulchra euerterunt. ſanctorum reliquias que fuerũt
illic precioſiſſime obiectas canibus conculcarunt. Tuas
et intemerate genitricis tue ſacratiſſimas imagines de
leuerunt. Scio te minus iſta probare. Sed quãdiu tua pa
tientia ſines abuti Turchos. quando tuis icta fulminibus
ſcelerate gẽtis audacia conteretur: Quamdiu cultores
tuos per omuem Aſiam et Africam Europeq; magnam
partem infidelium ſeruitio premes: In Octingẽtos iam
annos Impii Maumethis temeritatem ſuſtines. Viamq;
gladio ſuo prebes quocumq; ſe uertat nec noſtris exer
citibus felicitatem promittis ſi quando aduerſus abho-
minabilem populũ arma ſumuntur. excitatus eſt furor
tuus ſuper plebem tuam neq; iniuria. Nam que modo
Chriſtianorum tibi opera placeãt. Iudeos qui ante nos
fuerunt populus electus. Si quãdo dediti uiciis traditã
legem reliquerunt mox ultio ſecuta gentium flagello cõ
cuſſit. at clamãtibus illis in celum ueniamq; petentibus
ſubito ſaluator affuit qui liberaret eos de manu contra
legem agentis et iniqui. Cur Chriſtianorũ qui per Aſiã
Greciamq; languent in preſentiarum non audis uoces
et auxilium. de ſancto tuo ad eos mittis. Age ſumma
pietas aperi tue miſericordie ſinũ. da ueniã fleti populo
Succurre his qui tuum nomen ſcriptum in frontibus

habét et redde iam deniq; blasphemie mercedem Tur-
cis· aut si nihil hec te cura remordet sine me de celo in
terram ire descendere qui uelint mecum mortalium
facta despicere · Christianorum habere conuentum et
que sint ex re: tue religioni consulere· Si non est animo
christianam fouere in bello gentem at nec Turchorum
arma iuuato· permittito sua cuiq; exorsa laborem for-
tunamq; ferant· Tu Rex esto omnibus idé eo pacto que
christiano sit probitas que Turco uirtus aperte fiet· Ea
cum finisset Constantinus cúctiq; fremerent celicole
assensu uario: subridens hominum rerumq; moderator
eternus in dicto silentio que tibi contulimus beneficia
Constantine: gaudium est bene locata fuisse· neq; enim
uacua fuit in te gratia nostra qui dissipatis Idolorum
cerimoniis cunctos populos quos tibi commisimus lege
promulgata sub ea fide ac religione uersari iussisti quá
nuntii nostri Petrus et Paulus tradidere Romanis qui
omnem heresim aduersus euangelicum dogma se extol-
lentem exliminare curasti· Sacerdotibus ministris no-
stris tanquá diis honorem detulisti· nunc quoq; quáuis
es celo receptus egre fers si qua Turcis contra cultores
nostros secunda succedunt bella· captamq; doles urbem
de tuo nomine dictam nec audire potes nostrum illic
nomé esse blasphemiam ubi te rege gloriosum excelsúq;
fuit· et miraris dum hec geruntur quia non telis abrep-
tis scelestos Turchorum populos fulminamus· sed nihil
homiues nihil astra sine nostro libramine gerunt· nihil
insueti nihil noui accidere potest· nec qcquid est quod
nostram turbare quietem ualeat· omnia preuisa nobis
et preordinata existunt· Quicquid agit mortale genus
uenit ex alto ab initio uiarum nostrarú priusquá terra
fieret antequá disiectum cahos in elementa resolueret
que facta exíde sunt et que futura existunt semel locuti
sumus neq; mutabit sentétia nostra neq; unú iota pibit
ex uerbis nrís· Turchoꝝ sine nostro nutu nó creuit im-
periú· nec uobis íuitis Maumethi secta in tm̃ ppagata é
digna expédút supplicia christiani fallax hoím gen9 et

qñ maior scelerum copia uiguit quando maior auaritie patuit sinus: quando libido profusior: immanior crude-
litas: omne in precipiti uitium est. nouo diluuio digna surrexit progenies: que paricidia: quos incestus que sa-
crilegia tua ciuitas non admisit miraris uenisse Turcos qui nostras ymagines delent. quasi non idem tui succes-
sores sub nomine cstristiano patrauerint. uetus est hec tue gentis uesania. Constantius ex te natus impietatē
Arrii de nostra substantia commendauit. Iulianus ne-
pos apertis Idolo℞ templis q̄ te iubente clausa fuerant ecclesias obstruxit. quot nostras et sanctorū ymagines
Leo Syrus incendit. Quas nō hereses tua ciuitas intro duxit. nunc praua de uoluntate nostra sermocinatur.
nūc sancti spiritus processione falsa diuulgat. nunc ignē purgatorium negat. nunc primatum Rome ecclesie sub
terfugit. neq̧ corrigitur q̄uis imperio spoliata romano eo miseriarum deducta sit ut extra muros nihil agri
possideat. Nunc deuicta turco subest et que nr̄is illusit Mahumethi iam legibus apparet. Pone Constantine
merorem nihil indigne fert tua posteritas. In terras tamē si libet descendito. paradisus est uoluptatis et or-
tus deliciarum quē plantauimus ab initio. illic tibi quos uelis conuenire atq̧ alloqui siue mortales siue iam uita
functos infima libertas esto. Ite uos illustres anime qui bus est cum Constantino par desiderium. Seraphin cui
commissa est paradisi custodia. ne quempiam arceat in troitu hac uice commonito te. siue carne uestitus siue iā
corpore illuc exutus uenerit: nos rerum exitus ante se cula prouisos tranquilla mente manemus. Letus his au
ditis Constantinus hinc atq̧ illinc sanctorum caterua cinctus per Galassiam descendens in terram dilapsus:
ingreditur paradisum. uox audita tonantis tartareā aperit domum: surgunt tristes umbre solutisq̧ uinculis
relinqunt tenebras. lumenq̧ multos ante annos incog-
nitum egre respiciunt: numerus pene infinitus anima rū in paradisum festinat: nulli clausa ianua est. Ego huc
sum missus qui uos eo ducam: ex omnibus gentibus con

uentum uobis ostendam. nec uos soli ex mortalibus in/
tereritis. Accersendi et alii sunt quorum nomina Con/
stantinus dederit. PETRVS. Ex dictis tuis nonnulla
mihi pater obscura sunt que nisi clara efficias: non qui
escet anim9. BERNARDINVS. Que sūt illa. PETRVS
Constantinū celo potitum refers: cruentum hominem
prede et cedis auidum. qui neq uxoris neq filii sang/
uini pepercit. qui socerum occidit. qui sororis uirum
contra sacramenti religionem interemit. si huic aperit
celum Petrus cui claudet obsecro. Equidem Greci reli/
gioni nostre subsannantes Constantinum aiunt horum
scelerum penitentia ductum. de purificatione clarum
philosophum suo tempore sopatrum consuluisse. illumq
respondisse nullā esse in huiusmodi delictis purgationē.
Constantinum uero hac interdictione turbatum. Epis/
copos inuenisse qui baptismati unda ab uniuerso crimīe
purgationem promitterēt. eūq propterea Christianū
factum ad sui similitudinem deduxisse subiectos. BER/
NARDINVS. Apud Soromenem et hoc quod Greci cul
pitant et quo pacto confutentur scriptum est Esto eni3
uera sint que Constantino imputent crimina: non tamē
idcirco purgationem ei Sopater denegasset. quem non
latebat Herculē Amphitriomadē in sacris cereris post
necem filii purgatum Athenis esse. Crispus insuper cui9
mortis cooperator Cōstātius insimulatur uigesimo āno
Imperii paterni defunctus est qui cum adhuc uiueret
secundo loco honoratus et Cesaris noīe dignatus multas
cum patre leges pro Christianis promulgauit. fuerit tm̄
sanguinolentus et impius ante baptismum Constātinus
non erubesco uerum fateri. pro peccatoribus passus est
dominus. Latrones et meretrices dominica uoce noscim9
esse saluatos. nulla ē adeo feda et abbominabilis peccati
macula quā sacri fontis latices nō abstergāt Cōstātinū
in ipso mortis articulo baptisatū. Quis non mundatum
saluatūq celo redditū credat: quis et post baptisma pec
cati qđ mortē generat uere penitētib9 nec remissio cul
pe nec sacmentoꝝ cōmunio denegeť queadmodū stulte

c1

putauit acesiꝰ et iuẽtor eiꝰ erroris nouatꝰ. PETRVS. Romani putãt Constãtinũ lepra ꝑcussum ex consilio põtificũ q Capitolio ꝑerãt cũ ex sanguine paruuloꝝ fieri piscinã decreuissꝫ in q̃ lotꝰ mũdari credebat. audito matrum ululatu ex quaꝝ complexu ꝑrepti fuerãt infãtes misericordia motũ reddi matribꝰ filios imperasse. Petꝝ deinde ac Paulũ Apłoꝝ principes ꝑ qetem uidisse q sibi Epm̃ Vrbis Rome ostensuꝝ aquam dicerent que lepre omnem maculã abstergeret. uocatumq; die sequenti Siluestrum. nam is tunc Romanam cathedram regebat intellecta uocationis causa Imperatorem de fide xp̃iana instructum baptisasse lepramq; penitus depulisse. atq; hanc fuisse causam propter quã Constãtinus et Vrbem Romam et om̃es occidentis oras beato Siluestro suisq; successoribus dono dederit post baptismum Licinii et Crispi secute sunt mortes. Scimus peccatum: penitentiã ignoramus. Quis enim bene mori crediderit cuius mala uita ꝑcessit. BERNARDINVS. Non omnia fidẽ exigũt que scripta sunt. Scripture canone pondus indubitatũ habent. In ceteris q̃rendũ est quis scriptor fuerit cuiꝰ uite cuiꝰ secte cuius grauitatis qd dixerit cum quibus consonat cum quibus discrepat an uero similia dicat: an locis temporibusq; conueniant que legunt. neq; loquẽti neq; scribenti passim credendum est. Lecta sunt et mihi que dicis de lepra Constantini. de baptismo Siluestri nõ tamen adhibui fidem. quãuis oraria quibus Romana ecclesia utitur: uolumina plerumq; hoc habeant. Apud auctorẽ uero certum et noĩatim nihil huiusce rei cõperio et habeo non futiles auctores qui contraria tradunt. Socr̃tes apd̃ historiã tripartitã de Cõstãtino sic ait. Post hec trãsacta ingressus est sexagesimũqntũ etatis annũ et egretudine captꝰ ex Vrbe Constãtinopolitana quasi ad calidas aquas egressus ẽ. Deĩde Theodoricꝰ subiũgit qui cum Nicomedie degeret languore grauatꝰ nec ignorãs uite huiꝰ incertã grãm sacri baptismati ẽ adeptꝰ distulerat enim usq; ad illud tempus in Iordane fluuio hanc promereri desiderãs. et paulopost soromenis hec

uerba ponunt̃ nicomedie in suburbano sacris donis initi
atus est· affero tibi ut arbitror ydoneos testes· q baptis
mum Cōstantini non Rome sed nicomedie nō in primis sʒ
in ultimis impii annis celebratū asserunt de lepra nusq̃
mentioné efficiunt· Quod aút in uita Siluestri de hoc ipe
legit̃ apocrifam est· neq3 illud uero q̃drat· qđ pauloáte
dixisti· Cōstátini peccatū in apto esse de penitétia nihil
cōstare· ná cantra stat ueritas manifestū é eniʒ pietatis
opera admodū multa eū gessisse de criminib9 nulla certi
tudo affert̃· qđ si alia defuerit unicū illđ de salute Cōstá
tini testimoniū sufficere potuit· qđ ecclesiastica historia
tradit· id si rite memini huōi est· ad Anthoniū quoq3 pmi
heremi habitatoré uelut ad unū ex pphetis lrás suppli
citer mittit· ut pro se ac liberis suis dño supplicaret· ita
non solum meritis suis ac religione matris sed et interce
ssione scōꝝ cōmendabilē se deo fieri gesciebat· Quis ore
dánatum crediderit qué tátus intercessor dño cōmen-
dauerit· PETRVS· Rursus ex his q̃ narras scrupulum
iugeris· Aiseni nicomedie baptisatū impatoré fuisse túc
ueto pontifex eius urbis Eusebius fuit Arriane pnceps
hereseos· credibile est qđ pleri p tradunt· Constátinum
ab eo baptismū accepisse· spiritū sáctū q3 minie meruisse
ab heretico psule baptisatū· ná q foris eccelesiá baptisát̃
ut Augustinus asserit· non sumunt baptismū ad salutem
sed ad pniciem hñtes formá sacramenti· uirtuté aút ei9
abnegátes· neq3 putádum est Eusebiū qui de trinitate
pessime sensit baptismi formá tenuisse qué ut Arrianum
dixisse credendū est Baptiso te in noie pris p filiū in spū
scō ut mos hui9 heresis fuit· BERNARD· Cum uiueret
Constátinus non psumpsit Eusebius palá impugnare ue
ritatem subscripsitq3 se licʒ simulato Niceno cōcilio quin
imo et durius ipe blasphemaꝝ fabricator ab exilio reuo-
catus ac de fide interrogatus decreta Niceni conalii se
tenere pfessus est· quis arte callida subscriptioné circū
uenerit· scripserat eniʒ ut aiunt sectá suá· eamq3 sub ala
ferebat· Cumq3 detulisset ei Cōstátinus iuramentū· ita
inquit iuro me credere sicut scripsi nequaq̃ igit̃ imutate c2

baptismi formá coram Impatore fideli fuisset ausus cum res publice gereret. Augustin9 aút hos negat baptismi salutem cósequi. q sunt heresis et ipsi participes. násiqs ignoráter ab heretico p uerba ecclesie ritu solito bapti setur. húc rebaptisandú esse phibét canones q̄uis Cip priano secus fuerit uisum. PETRVS. At manus imposi tione recóciliádus est ut spm̄ scm̄ recipiat siquis est ab heretico baptisatus qđ de Constátino nó legimus. BER NARDI. Non male ais si baptisator heretic9 fuisse dep̄ hendit. et si baptisat9 supuiuit. at Constátin9 suscepto baptismo ex hac luce migrauit. ENEAS. Places mihi Bernardine qui Constátini cám tueris cuius beneficétia Romana ecclesia ditata est. in eo tn̄ mihi non places. qa Siluestri baptismú reprobas. ná et famosam Constantini donationé refellere uideris dú gesta Siluestri in dubiú reuocas. BERNAR. Ego uero neq donationé impugno neq gesta Siluestri refello que ueris historicis non re- pugnát. ENEAS. Ergo tu uetum fateris qđ Petrus ait occidentalia regna et urbem Romá Siluestro Constátini donatione obuenisse neq alienum ab historia censes qđ Gratianú dicunt inter decreta pontificú de hac ipsa do natione retulisse. BERNAR. Minime hoc erroris ex me hodie excidet ego Constátinú condito testamento orien tale et occidétale Imp̄ium inter salios diuisisse. comptú habeo qđ moriens nulla ratióe fecisset si pus occidétalia regna Romane ecclesie largitus fuisset Scimus p̄terea Valétinianos Theodosios Iustinianos religiosos p̄ncipes Romani et occidentis oras absq ulla sedis ap̄lice contra uersia possedisse. Romanos aút p̄sules sepe ex indulgétia Cesa℞ nunc hoc nunc illud templú ut in ecclesie formá dedicarent obtinuisse. neq sc̄ptum illud qđ paleá uocát eo stilo cópositú é ut Constátini uideri possit cómétina res est atq ut arbitror ignoráte Gratiano inter eius có fect9 labores inemédate ículte barbare dictata. ENE. Modo negas modo asseris si non est uera donatio quam Petrus exposuit q̄ obsecro donationé in medium affers. BERNARDI. Damas9 ap̄lice sedis pótifex q fuit uicin9

Constantini tēporibus rogatus a Hieronimo Romanoꝝ
gesta pōtificū scribere cū uenissꝫ ad tēpora Siluestri de
donatiōe Constātini disticte atq̄ diffuse locut9. Ait enī
illđ q̄plurimas basilicas et ī Roma et in aliis urbib9 erex-
isse maximas uero ecclias a fundamēto fabricasse. Aploꝝ
petri et pauli atq̄ Iohānis. hisq̄ donasse uasa aurea atq̄
argētea magni pōderis Tū uero et domos et fundos et
termas uillas et insulas et alias diuersi generis possessi-
ones atq̄ animos census admodū multos nūq̄ tn̄ illic aut
Romā dono datā aut occidētale impiū inter filios ecclie
dimissum inuenies. ENEAS. Veꝝ iuris interp̄tes et si nō
nulli dubitāt ualuisse donationē impii factā tn̄ nequaq̄ ī
dubiū uertūt oms enī ita disputāt tāq̄ donatio p̄cesserit
BERN. Fortasse noctue uisum hn̄t in luce sicut ceci in te
nebris uident. qđ nō est factū effectū aiūt. Qđ fieri pōt
fieri nō posse putāt pulchre sapiūt. Sꝫ qd tu mihi iure cō
sultos nr̄i tempis affers cū de historia dubiū est qbus cū
nihil liceat contra textū legis hiscere accursio glosatori
fidē hn̄t q leges Athenien sium inducta stulti fabula ad
Romanos delatas asserit. ENE. Quo iure igit̄ Romani
pontifices possident ius dicunt regalib9 utunt̄ cur non
contenti suis possessionib9 q̄ sua sunt impio restituunt̄.
PET. Hic me prurientē fricas Enea. BERN. At ego te
Petre si male sentis excoriatū dedā. PE. Quo pacto qd
mali dixi. BER. Romanos p̄sules q Roma et āplis dn̄is
potiunt̄ iniurias existimare uideris. PET. Tua me istuc
dcā pducūt. BERN. Qua ratiōe. PET. Quia dū negas
donatū impium retentū pbas. BERN. Falleris si nō do-
nauit Constantin9 donauit ali9 Impator. neq̄ solo dona
tionis titulo dominia q̄runt̄ impiū semp ut ait tuus Sa
lustius ad optimū quēq̄ animus bono trāsfert neq̄ apđ
eos regna p̄seuerāt q iusticiā calcāt. eqtas et cōtinentia
dn̄atū seruat libido atq̄ supbia subuertit pncipatū r̄tinꝫ
labor desidia potestatē fugat. Audi quo pacto Romana
ecclia ī sublime cōscenderit simul tibi et impii mutatiōm
et incrementū ecclie r̄serabo. Rem apud historicas inuo
lutā et obscurā paucis tibi manifestā dabo. cuius quinq̄

c 2

Romani pōtifices fuere ꝑticipes Gregorius zacharias
Stephanꝰ Adrianꝰ Leo negotiū Gregorius inchoauit
Leo ꝑfecit Imꝑatores apud Cōstātinapolim duo fuerūt
ex quoꝝ manibꝰ eripiendū uidebat̄ impium. Leo t̄tius
natioue. Syrus et filius eiꝰ Cōstātinus Sextꝰ in domo
frācoꝝ duo lumīa claruerunt q̄ mundum illustrare posse
credita sunt. Pipinus Scd̄us et Carolus magnus. nunc
ordinē accipe. Leo Syrus cū reꝝ potiret̄ ydolatrās existi
mās q̄ l' scōꝝ uel xp̄i uenerarent̄ ymagines cū Gregorio
tertio q Romane p̄sidebat ecclie asꝑrime cōtumaciterq̄
contēdit. nec commonitꝰ acqeuit. sꝫ aplica uoce contēpta
romā ueniens ymagines q̄sq̄ diripiens secumq̄ Cōstāti
nopolim deferens lata sñia ī medio foro cremauit. Indig
natꝰ p contumelia Saluatoris Gregoriꝰ cum frustra leo
nem ꝑ lr̄as īstrueret coactus qd beati Petri possꝫ aucto
ritas a xp̄o ēdita gentibus palā facere temeritatem Im
ꝑatoris celesti mucrōe feriēs ne cādorē populoꝝ pncipis
lepra conficeret uniūsā italiā ab eius obedientia discite
suasit congregataq̄ patꝝ synodo uenerationē imaginū
apꝓbauit leone uita functo Cōstātinus eius filius quē
Septimi uocāt suscepit impium neq̄ ꝑfidia neq̄ crudeli
tate minor p̄re cruenti sac̄fitiis et īuocationibus infamis
demonum cuius oꝑa multe inter xp̄ianos cedes ꝑacte
sunt. Inter hec apd̄ frācos mortuo Carolo martello qui
maior domus habebat̄ cum tres filios reliqssꝫ Carolum
magnum Pipinum et Griphonem ultimusq̄ cum frībus
bellum gerens uictus et in deditionem receptus heredi
tatem amisissꝫ Carolus magnus q frāciā orientalem obtī
nebat religionis accensus studio in Italiā uenit et a za/
charia q Gregorio successerat tonsus et ordinatꝰ clericꝰ
in monasterio Siluestri qd̄ ī mōte saracte fuit monachꝰ
effectus. Cum multi ex frātia se petentibus optata qete
ꝑfrui negret ad monasterium Cassineñ unde tibi nunc
iter est sese contulit ibiq̄ uitā finiuit. PE. O si scissem tm̄
illic dormiuisse uiꝝ sepulchri uestigium q̄siuissem qs eniꝫ
non celo receptum putet. q monasterium r̄gno ꝓtulit. sꝫ
ꝑge. BERN. Consuetudine apd̄ frācos ītroductum erat

ut regibus solo noie gaudentibus maiores domus amnē
regni curá gererét. Pipin9 igit̃ ex duob9 fr̃ibus altero
in monasteriú truso altero in custodiá recepto cum solus
regno p̃essꝫ. missis ad zachariá legatı q̃rit qd ná gerend̃
sit cú helderico q ex uetusto merouingoꝝ sanguine nat9
adhuc se regem appellat et insignis regalibus utit̃. za/
charias re cognita sibi eú r̃ndit regem h̃ndum q regum
negotia curet redeuntibus in fráciá legatı. mox regni p̃
ceres in unum conuenien̄ ex oraculo zacharie pipinum
regē cōstituūt zacharias paulopost dié obiit Stephan9
eiſc̄dus surrogat̃ hic cú graues iniurias Aistulfi r̃gis
longoberdoꝝ ferre non possꝫ in fráciá p̱fect9 Pipinú in
auxiliú íplorat Cúq́ȝ i galliis aliq̃diu mora t̃heret donec
pipin9 copias cogeret. regrentibus r̃gni magnalib9 oēs
q hilderico iuramétú p̃buerát absolutos r̃ddit hildericú
detonsú in monasterio claudit. pipinú r̃gē iungit ueniēs
deide pepinus in Italiá Aistulfú p̄lio uictú apd̃ papiá
claudit et obsidiōe durissima cigit. petit pacē Aistulfus
et datı obsidibus satisfactuꝝ se pape p̱mittit̃ Sꝫ cum Ste
phanus Romá r̃dissꝫ. pipinus trásalpes abissꝫ fides cum
metu defecit q̃rit̃ denuo Stephan9 pipin9 idigne ferēs
ab Aistulfo se esse delusú rursus exercitiú in Italiá ducit
Aistulfú bello fractú et iteꝝ obsidione cōclusum iplere
p̱missa cōpellit Rauenná deide Bononiáq́ȝ et alias exar
chat9 ciuitates iure belli obtétas Romane eccl̃ie donat
atq́ȝ in r̃gnú r̃uersus paulopost r̃lictis duobus filiis Ca
rolo et Carolománo nature debitú soluit stephano quoq́ȝ
per idē tépus uita functo Adrianus papa suffectus est
tunc et Aistulfo mortuo apd̃ lōgobardos desiderius r̃g
num obtinebat auaritia et infidelitate nihil minor p̃re in
uasit igit̃ agꝝ eccl̃ie tp̱aliaq́ȝ Romano pontifici abrasit.
Adrian9 q r̃ligioné et fortitudiné caroli p̱spectá habuit
legatú in fráciá mittit isolentiá desiderii accusat exépla
p̃rna refert ecclesiá Romaná comendat Carolus cui cor
altú natura dederat cum mortuo fr̃e solus apud frácos
r̃gnaret saxonesq́ȝ bello uicissꝫ cum magnis copiis Italiá
igressus d̃siderıú papie claudit atq́ȝ ibi dimisso exercitu

c4

orationis causa Romā pergit reuersus urbem ferro et
fame fatigatam capit. Itali ad eum ueniunt seq; potenti
dn̄o sponte subiciunt uictoria potit⁹ Carolus ad urbem
redit temporalia ecclesie Romane restituit dona p̄rīna
confirmat. et insuper ducatum Spoletanum Beneuentā
numq; liberali manu cōcedit. Adrianus cōuocatis Italie
sacerdotibus in concilio sedens Carolo pro tātis bn̄ficiis
ius eligendi Romanum Pontificem et ordinandi sedem
Apostolicam tribuit. Eu nq; patricium compellat pro
nomine per id tempus patrem principis intelligebant.
Statutum quoq; ab Adriano est ne quis Episcopus per
prouintias consecraret̄ nisi laudatus a rege p̄us feudū
recepisset his peractis Carolo in suum regnum reuerso
Leo natione Romanus ex patre Austulfo qui post Adri-
anum cathedram regebat Apostolicā Romanis odiosus
uelut adulterium commisisset dum letaniarum pompam
ex more ducit populari furore captus flagitiosissime la
niatus in carcerem coniectus e custodia labitur et ad
Carolum fugiens euentum rei deplorat. is ubi pōtificis
populata tempora raptis auribus et truncas in honesto
uulnere nares conspicatus est. cum uix formam hominis
in homine cerneret uictor omniū gentiū que sub arcto
sunt indignatus Romane plebis flagicium miseratusq;
tāti temporis causam exponit sui aduentus Cum p̄ nulli
prodirēt aduersus Ep̄m accusatores legitimi. leo in Ba
silica sancti Petri coram populo que sibi obiecta suñt cri
mina tactis sacrosanctis euangeliis falsa esse iurauit. Sa
crilegi qui manus in Christum dn̄i coniecerant capitali
sententia domnati rogante pontifice ad penitentiā uite
reseruati sunt. his dictis Carolus exercitum in Asiam
traiicit fauenteq; rege Persaꝝ qui cum Syriā obtinebat
Ierosolimam ex manibus Sarracenoꝝ eripiens xp̄iane
custodie reddit ac tertio Romā reuersus uictoria mag
nificus et spoliis honestus orientis dum apud sanctum
Petrum rei diuine opera datur inter missarum solēnia
Imp̄ator acclamat̄ et Augusti nomine salutat⁹ ex manu
leonis coronā accipit. exinde Romanoꝝ Imperium quo

Constátinus Augustus in Greciam transtulerat Pipino
merente Carolo et merente et obtinente ad francorum
gentem deriuatum est ab his ut diximꝰ ampla dominia
Romana eccl'ia consecuta est nec minora postmodú Lu/
douici Lotharii atq̃ Ottones beato Petro eiusq̃ succes
soribꝰ largiti sunt Cõstat et Comitissam matildim illustrẽ
feminá non paruá Tuscie parté que sibi hereditario iure
obuenerat sedi Ap'lice tradidisse qđ uos mõ beati Petri
pr̃imonium appellatis his modis atq̃ artibus in altum
eleuata est Romana eccl'ia has donationes historici uri
referunt apud quos ueri pondus esse putatis. PE. Duo
mihi ex dictis tuis grauia et aliena uidentur. BERN.
Quenam illa sunt. PE. Non satis capio Romano pontifici
unde auctoritas hec tributa sit qua posset impium qđ
greci iure merito tenuerunt ad frácos deriuare. nec té
poralia dominia q̃uis ultro donota xp̃i uicariú potuisse
recipere crediderim. BERN. Ingens te cecitas possidet.
PE. Quá ob rem. BERN. Quia non uides in terris xp̃i
uicariú primú tenere locum caput eccl'ie militantis esse
xp̃iani populi magistrú et p̃ncipé Nescis qa Petro dictú
est pasce oues meas et q̃cúq̃ ligaueris sup̃ terrá erunt
ligata et in celis pastor ouiú Petrus cú plena potestate
ligádi atq̃ soluédi creatus est inter oues xp̃i nõ plebes
duntaxat uerú etiá reges atq̃ Imp̃atores habendi sunt
si modo xp̃iani uideri uolunt Cur nequeat Imperatorẽ
prima sedes deponere si minus idoneus est si reipublice
nocet si fidé p̃sequit̃. ampla et absoluta ptás Petri est
Cui nõ hoc aut illud sʒ omne ligandú soluendúq̃ cõmissú
est. PE. Si me sustines equo animo neq̃ moueris uerbis
meis habeo pauca que cõtra obiiciam. BERN. Neq̃ mo
ueor neq̃ moueri possum tranquillitas meum animũ in/
terminabilis habʒ dicito q̃ libent. PE. Quáuis amplissima
ptás saluatoris uniuersali ỽbo signoq̃ cõmissa sit. nemo
tñ Rõanú põtificé aut diuiná aut naturalé legé tollere
posse confirmat. BERN. Quid tum. PET. Si limitat̃ i his
arbitriú Petri põt et i aliis limitari. BERN. In q̃bus aliis
PE. Neq̃d agat qđ xp̃s aut ỽbo aut exéplo prohibuit.

BERN. Nihil obsto sꝫ ubi ná xp̄s Imꝑatoris depositionē Romanis pontificibus interdixit. PETRVS. Cum se do minus iudicandū Pilato commisit et omnia uelut agnus patienter tulit que secularis potestas in se decreuit sati docuit uicarium suum de secularibus potestatibus non habere iudicium dixit enim ut nosti apud Iohannem nō est discipulus supra magistrum neq̄ seruus supra dn̄m suum docuerat insuper multis modis Saluator nequid aduersus Cesares resistentie fieret cum iussit tributum suo nomine reddi. et aliis dixit reddite que sunt Cesaris Cesari et que sunt dei deo. stat et Apostoli doctrina pro mea sententia nisi fallor dū ad Romanos scribit reddite omnibus debita cui tributum tributum cui uectigal ue ctigal. et iterum omnis anima potestatibus sublimiorib9 subdita sit. que uerba si rite discutientur Christianos q tum Rome fuerant non ut resistant Cesaribus sed ut ob sequantur et his sese subiciant commonitos efficiunt qđ intelligentes maiores nostri quáuis sub sacrilegis Impe ratoribus degerent non tamen ipsoꝝ mádata subire re cusauerunt. sed obedientes eis in his q̄ deo aduersa non erant assiduas pro his ꝑces diuine maiestati obtulerūt BERNARDINVS. Saluator apud Pilatum diuine dis pensationis impleturus Archanum noluit declinare iu dicium. qđ nr̄e fuit salutis initiū ōndit tñ iudicis ptátem singulari quodámō in se tunc esse concessam Cum ait nō haberes aduersum me ptátem ullá nisi tibi datum esset desuꝑ neq̄ ꝑpterea uel dn̄s uel Apostolus oīa gerenda ꝑcepit que iubeant seculi principes. q̄uis et tributa et uectigalia his reddenda mandauerit. Scimus enim quia facto flagello de funiculis eiecit de templo uendentes atq̄ ementes et cathedras numulariorū subuertit dn̄s docens Petrum et alios Apostolos ne Christianos ferát qui malis operibus suis oues xp̄i ꝑturbant atq̄ inficiūt sed quicunq̄ hi sunt siue magni siue parui cum fieri sine scandalo potest eos de templo eiciant idest ab ecclesia repellant excommunicationis flagello cedentes. Quē admodum inqt Ap̄lus qa hereticum hoīem post ꝑmá et

Infectum eluitur scelus aut exuritur igni non sine phi losophorum alta doctrina promulgatum est qbus uisum fuit deposito corpore adhuc sordes aliquas animabus herere Inquit enim seruus penas aut nō perferunt aime sed illius conuentionis reliquie que fuit inter animam et corpus nam licet ista duo per se penā ferre non possunt homo tn̄ perfert qui de his duobus est factus. BERN. Non modo gentiles sed xp̄ianos etiam hec inuasit opinio nam et origines cuius uite sanctimonia an scientie lumē supauerit incertū est Siquando inquit animas in sacris radicibus igne pati corporeo reperimus spiritalem afflictionem per metaphoram intelligimus sed admodum attendendum est ne fallamur namq̧ si uiuētis hominis in corporeus spiritus tenet̄ et afflictatur in corpore Cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur in eoq̧ cruciet̄: Quippe rogat9 Augustinus an corporeo igne arderent demones. Cur non dicamus inquit q̄uis miris ueris tamen modis etiam spiritus incorporeos pena corporalis ignis affligi et adiecit ex eo rationem quā supra tetigimus quia spiritus hominum incorporei et nunc plures tenentur inclusi corporalibus membris. et in die iudicii magni suorum corporum uinculis insolubiliter alligabuntur. sed frustra nunc ista perquirimus que cum hinc exiuerim9 e uestigio apud inferos corporeis oculis intueberis. PE. Meridies nisi fallor adest et adhuc dextras umbras emittūt arbores neq̧ solis radius nr̄i capiti attigit cenit. BERN. Quorsum hec. PE. Quem germania miratur magnus Albertus paradisum delitiarum de quo Moyses uerba facit ad orientem iacere dicit. ultra equinoctialē plagam. quod si uerū est cur nobis umbre non sinistre sunt. Thomas doctor aquinas quāuis hoc nō affirmat nō tamen inficiat̄. aut igitur extra paradisum sumus aut Alberti falsa opinio est. ENEAS. Grāde nomē Alberti est nec tantū uirum errasse par fuerit. inuenio tamē aliquos qui sub equinoctiali circulo paradisum collocauerunt. BERN. Cautior Alberto fuit aquinas qui de re sibi dubia noluit certa proferre. illud tamen sentire

uidetur · sub equinoctiali paradisum nō esse nec fallitur·
Quis enim temporatissimum locum inueniri sub feruen-
tissimo sole crediderit: Aristoteli philosopho℞ acutissio
uisum est sub equinoctiali tropico feruidos et intollera
biles esse dies · quamuis pleriq͂ somnient quia nox refri-
geret quod dies exussit perpetuam illic temperiem esse
ENEAS. Pleriq͂ asserunt sub torrida zona sub qua pa
ralellus equinoctialis inuenit habitales terras esse inter
quos Claudius Ptolomeus Alexādrinos apud astrologos
fama clarus principatum tenet qui nonullas gentes ultē
equinoctialem plagam commorari et ad eas transitū esse
commémorat · idem quoq͂ sentire uisus est Lucanus cū
ait ignotum uobis arabes uenistis in orbem umbras mi
rati nemorum non ire sinistras Nearcus insuper in ea na
uigatione quam fecit imperante Alexandro per mare
Indicum Cum circa terram oritorum traducet classem
affirmat umbras non fuisse ad modum nostrum sed ꝟsus
meridiem inclinatas · Cum uero diei mediū sol obtineret
iam omnia umbris apparere deserta · Arrianus autem
q hoc de nearco refert · id sibi non irrationabiliter dictū
uideri scribit nam et in syene egiptia Cum sol facit cōuer
sionem estatis tempore puteum ostendi perhibet qui in
meridie umbra caret In meroe quoq͂ eodē tēpore nullū
corpus umbram emittere dicit Virgilius uero multo ui-
detur aduersus hisce uersibus Quinq͂ tenent celū zone
quarum una corusco Semper sole rubēs et torrida semꝑ
ab igne Quam circum extreme dextra leuaq͂ trahunt
Cerulea glacie concrete atq͂ imbribus atris has inta me
diam ꝓ due mortalibus egris · Munere concesse diuum et
uia secta per ambas Obliquus qua se signorum uerteret
ordo Cuius opinioni maximus testis accedit Cicero ꝟba
eius existimo non subticenda · sic enim in libro de re pub
lica scriptum reliquit Cernis autem eandem terram q̄si
quibusdam redimitam et circundatam cingulis e quibus
duos inter se maxime diuersos et celi uerticibus ipsis ex
utraq͂ parte subnixos obriguisse uides pruina medium
autē illum maximum solis ardore terreri duos habitari

Ad hec Macrobius non incelebratus philosophus cum somnium Scipionis exponeret de quinqꝫ ait cingulis ne queso estimes duorum Romane facundie parentum Maronis et Tullii dissentire doctrinā. Cum his ipsis cingulis terram redimitam dicat. Ille hisdem quas greco nomine zonas uocat asserat celum teneri. et paulopost nam septentrionalis et australis ait extremitas perpetua obriguerunt pruina. et hi duo sunt uelut cinguli qbus terra redimitur sed ambitu breues quasi extrema cingentes horum uterqꝫ habitationis impatiens est. quia torpor ille glacialis. nec animali nec frugibus uitam ministrat. Illo enim aere corpus alitur. quo herba nutritur. medi9 cingulus et idem maximus eterno afflatu cōtinui caloris ustus spatiū quod et lato et ambitu prolixius occupauit nimietate feruoris facit inhabitabile uicturis. Inter extranios uero et medium duo maiores ultimis medio minores ex utriusqꝫ incunctantis in temperie temperantur. In hisqꝫ tātum uitales auras natura dedit incolis carpe hec dum lego tā contrariis inter se pugnantia fructib9 cumqꝫ magna hinc atqꝫ inde nomina respiciant quo me uertam prorsus ignoro. BERN. Nisi contumaciter ybis herere uolumus aduersantes sententias in amiciciam redigemus. ENEAS. Audiam id percupide. BERN. Qui sedem sub terrida zona mortalibus negant habitationē comodam non quamcunqꝫ remouent. nam pars illa zone peruste que temperate uicina est habitantes admittit. quicquid enim terrarum inter estiuum et hiemalem tropicum continetur. id dicimus perustam zonam cui zodiacus supereminet Cōstat namqꝫ solem neqꝫ sursum citra cancrum neqꝫ deorsum ultra capricornum meare. sꝫ cū ad tropicorum cōfinia peruenerit mox reuerti. Est aūt sub tropico cancri siene non ignobilis ciuitas prouintie thebaidos quemadmodū umbre loci manifestāt. eo nāqꝫ die quo sol certam ingreditur partem cancri hora diei sexta. quoniam sol tunc super ipsum inuenitur uerticem ciuitatis nulla illic potest in terram de quolibet corpore umbra iactari. et hoc est quod tuus Lucan9 sensit dicēs

Atq umbras nunquá flectente syene melius si nusquá dixisse nec meroe sine cultore remásit que trib9 milib9 et ottingentis stadiis in perustam plagam introrsus a syene recedit·et ab illa usq ad terrá Cinnamemi feracé sunt stadia octingenta et per hec omnia spatia licet rari tamen uita fruuntur habitantes· Sicut macrobio uisum est qui Ciceronis maronisq dicta cómentatur· liquet insuper in die que citra et ultra gangem protendit nó paruam portionem trans paralelum iacere qui per me roem ducitur eamq terram non carere cultore Tapro/ bane uero que insula est maxima maris iudici ultra equi noctialem protensa cingulum ferax hominum eleuátúq traducitur habitantes igitur quáuis torrida zona multi in locis admittat plerúq tamen inculta desertaq iacet· habétq uastissimas solitudines et inaccessas regiones propter nimium solis ardorem·nec si ad uestram cópa/ retur illorum uita commédabilis est qui sub zodiaco de gunt quemadmodú color indicat· sunt enim omnes ethi opes solis ardore perusti·magna ex parte Ithiofagi qb9 et aliquando serpentes tibi existunt· ENEAS·Consencio Virgilium ac Ciceronem in concordiam cum Nearco et Arriano redisse·et si qui sunt alii qui partem uelint ha/ bitare peruste· Macrobius autem qua ratione cósiliarii Phtolomeo possit·non animaduerto·nam ille habitabilé terrá cinnamomi cultá esse cum dixisset mox subiúxit· ultra uero iá inaccessum est propter nimiú solis ardoré hic Agisimbam regionem ultra equinoctium habitatam tradit sub equinoctio uero plurimos ethiopes collocat quos asserit esse nigerrimos·BER·Non hic concordia s; ueritas querenda est· ENEAS· Magnum est apud me utriusq iudicium nostri homines tamen qui scioli uideri uolunt phtolomeú preferút nec dictis eius repugnare phas ducunt·BERN·Siue laudes omnia seu reprehédas eque uitium est delectionem habere oportet·ENEAS· Quem tu horum eligis· BERN·Latitudinem terre urẽ habitabilis tradút ueteres stadiorum uno et uiginti mi libus pferri perustá uero tertia parte superare mediá

e2

peruſte ſedecim milia et quingenta ſtadia id eſt tātum
ſpatium occupare quātum due partes zone temporate
concludant ducta linea ex paralelo per tilen uſq; in tro
picum cancri qui eſt ſuper ſyenen. hec autem ſecundum
cōmenſuratiōnē phtolomei non conueniunt qui ab equi
noctiali circulo ī ſyenē nequaq̄ tantū latitudinis ingerit
quantum due partes implent zone quā uos incolitis Eſt
igitur longe remotior equinoctialis cingulus quam ille
putat nec mirum ſi deceptus in hoc eſt phtolomeus qui
notiora non apprehendit multa enim ultra fidem ueri
de germania refert. nec te illud preterit falſum eſſe ab
eo dictū quod de Auguſta uindelicorum refert ubi max
imam diem horarum quindecim et duarum quartarum
dicit. de pannonia quoq; ſuperiori in qua Viennam eſſe
non eſt abſurdum credere, parem fere horarum deſcribit
numerum tibi uero exploratum eſt in Auſtria que uel
pannonie pars eſt uel ſibi finitima diem maximum ſupra
ſedecim horas extendi. PE. Difficile eſt in rebus dubiis
eis auſcultare quos exprimur in manifeſtis eſſe mētitos
ENEAS. Non tam ſecurum eſt terrā quā celū deſcribere
menſuras celi nemo reuincere poteſt terrarum cōmenſu
ratio plurimos habet iudices. ſequere tn̄ ſi placet Bernar
dine quid tibi de torrida zona compertum ſit. BERN.
Si uera fuit opinio phtolomei quēadmodum citra equi-
noctium regiones pedetentim mitiores inueniuntur pari
ratione ex altera parte uerſus auſtrū terra temperatior
et habitātibus accomodacior reperiret. iāq; apud Agiſ
imbam benignius eſſe celum at cum omnes in Auſtrū pe
regrinantes terram continuo feruentiorē ac deſertiorē
inueniant manifeſtum eſt habitationem hominum equi-
noctialem circulum nō pertingere Neq; illud repugnat
quod de taprobane ante relatum eſt cuius extremitas
equinoctium tranſcendit Eſt enim magna pars eius in-
hoſpita et inculta Rectus igitur Macrobius opinatur qui
duas Oceani coronas eſſe contēdit primamq; per calidā
zonam terre meare ſuperiora terrarum et inferiora cin
gētem flexu circi equinoctialis imitatā. ab oriente uero

duos refundi sinus· unum ad extremitatem septentrio nalis· ad australis alterum· duosq ab occidente pariter enasci sinus qui usq ad ambas q̃ dicte sunt extremitates refusi occurrũt ab oriente demissis et dum ui summa et impetu maiore miscent inuiceq ferũt se ex ipsa aquaꝝ collusiõe famosam accessionẽ et recessionẽ Oceani pariũt. probauerunt et hoc libri tube qui omne illud mare quod est ab india usq in gades chori flatibus facta getiũ et insulaꝝ cõmemoratione nauigabile tradunt significãtes prius incipere pelagus q̃ uere torride sentiatur estus· Homerus quoq nullius disciplme nescius dũ reges ethi opum inuitasse Iouem cum diis ceteris ad epulas in Oce anum ferri quas humore nutriri nonnulli ueterũ credi derunt· est igitur noticia terrarũ quãuis diminuta usq ad Oceanum australe quaꝝ et simulte sub torrida zona consistunt non tamen ad medium eius pertinent qd sup Oceanum directum est· PE· Longe digressi a proposito sumus· necdũ mihi aduersus Alberti sententiã satisfactũ est· BERN· Ediscere quid sit qd Albertum moueat ultra equinoctialem solem ponere paradisum quanuis non me latent que ab eo in libro de homine ad finem scribuntur PE· Quid opus si nosti· BERN· Vt apprehendat Eneas q̃ uis insit responsioni mee· ENEAS· Habeo tibi Bernar dine gr̃as· PE· Dicam paucis omnes Alberti rationes· BERN· Istic uolo· PE· Tria sunt signa q̃bus ille mouet primũ accipit ex dictis phtolomei qui trans equoctialẽ circulum hominibus conuenietẽm et optimã regionem ponere uidet· secundũ ex beda qui longo maris terreq tractu ab habitabili nr̃a sepatũ paradisi locũ affirmat· tertium qd maximũ putat nilus prebet· Est eniꝫ ut ipe opinatur nilus unum ex fluminibus paradisi quod sacer codex gyon appellat· nilum autem ortum habere ultra torridam zonam inde argumentatur· quia tunc eius ex cremento irrigatur egyptus cum est apud nos estiuale solstitium sole namq a meridianis partibus q̃ longissime recedente inducitur trans equinoctium hiemale tẽpus eleuant uapores et pluuie generant ex quibus auctus

e3

nilus fecundat Egyptũ nec cẽset aliá cám exundationis nisi cũ sol est in cancro reddi posse nisi quia sit origo eius ultra meridié Quod siqs hoc argumentũ refellere uelit dicens cur non similiter tygris et Eufrates intumescunt quibus est ex paradiso natiuitas respõdendũ est inquit quia nõ continuo fluxu ex paradiso labunt᷑ sꝫ diuidunt᷑ in partes et absorben᷑ a terra rursusq̃ mole quoꝝdam expssi motuũ in eoꝝ radicibus emergũt nilus aũt lapsu continuo ex australi plaga per ethiopiá currẽs defluit in egyptũ. Iungenda sunt ergo ista simul ultra meridié inuenire loca solubria et habitatiõib9 hoĩm comodissima paradisum non esse in habitabili plaga nostra q̃ uergit ad septentrion ẽ nilum paradisi fluuiũ sanctos doctores dicere an origo est in regionibus ultra meridiẽ iacẽtib9 Sequela haud neganda resultat paradisum delitiaꝝ de quo loqmur transequinoctialẽ circulũ cõsidere. ad quẽ locũ ut Albertus astruit nullis unq̃ ex posteris Ade pũe nit nisi duo rapti diuinitus et arbitrat᷑ hos duos quos cũ Iohanne repimus de ipso penitus silet. ENEAS. Magni cognomen hoc greci Alexandro Philippi filio Romani Gneo Pompeio utriq̃ Constantino Elene filio Franci Ca rolo ex pipino genito cũ fuissent plures eius nominis in una familia tradiderunt ex domo huius Alberti non est mihi cõpertũ fuisse alios hoc nomine dictos quoꝝ uirt9 admirationi sit nec istius hominis ea excellentia est ut tanto sit cognomine dignus cuius dicta non modo leuia uel ieiuna sed insulsa sunt si uerũ ẽ qđ ei Petr9 imputat PE. Nihil a me dictum est qđ non sit ex mente magni Al berti. ENEAS. Mirum est uirũ quẽ germania miratur et maximoꝝ regum titulus orát qui Plyniũ Veronẽsem probatissimum auctorẽ nunc ridet nunc mordet et qui ante se fuerit nulli parcit has nugas que facile refelli ua leant reliquisse. BERN. Caueto ne tãti uiri famá lacessas neq̃ tu parui Albertum censeas cuius nec satis ingeniũ admirari neq̃ doctriná ꝑ merito laudare sufficias fuit enim Albertus nature subtilissimus indagator inter dia leticos acutissim9. inter theologos profundissimus et in

omni philosophia cōparādus optimis plura scripsit q̄ tibi uacet legere Quid miri est inter plurimos tritici mundi modios si aliqd aut lolii aut uitii per incuriā miscuit qs puꝝ semꝑ auꝝ offerat et aliqn̄ bonus dormitat Homer9 si tuo flacco p̄bis aures. ENEAS. Bene me admones ita natura fert hominū ut laudādi sint non quoꝝ non plura sunt errata q̄ benefacta. PE. Missa hec sinito atq ad rē redi pr̄. BERN. Istuc libēti9 agā q̄uis ptolomeo placeat trans torridā zonā loca esse habitationis amica idq ma crobius affirmet neq ullus ueteꝝ refraget̄. nō tn̄ qspiā est qui zonā illā que inter torridā et brumalē antarticā porrigit̄ si q̄ est ibi terra ur̄e p̄ferat habitabili q̄uis aiūt eā eque tempatā et usui mortalium aptā hinc estu inde frigore que sunt media temperate. Paradisus aūt longe cōmodior est q̄ terra ur̄a quā cū plātauit deus ad orienti dextrā tectius collocauit nā sinistra in sacris lr̄is fortu/ nata odiosiorq uidet̄. nec beda gentis angloꝝ ꝑitissimus huic sententie obiicem ponit q̄uis paradisum dicat locum esse amenissimū lōgo maris et terre tractu ab habitabili ur̄a secretū adeo altum ut lun̄e globū attingat non enī extra zonā ur̄am beda paradisum esse sed locū asseruit ab habitabili ur̄a secretū quē sub zona septentrionali cō sistere non est bede contrariū nā et ptholomeus cū sericā regionē circunscripsisset ab oriente terrā illi incognitam adiacere ꝓhibuit idē quoq de terra Synarū tradit neq propterea ultra equinoctialem esse paradisum putare oportet qa null9 eo ex filiis Adā ꝑuenerit nisi Enoch et Helias ut Albert9 ait Existimās impedimentū ex ꝑusta forsitan ꝑuenire. PE. Minime hoc ille impedimento mo uetur qui cū ptolomeo censet habitabilē torridā. ENE. Quid igit̄ ꝓhibet ur̄ates eo ꝓficisci. PE. Quēadmodum natura magnetis est ad se ferrū trahere ita et montes esse inter nos et australes existimāt q carnes humanas rapiant atq detineant hisq montibus ꝓhiberi transitū ENEAS De terris remotiorib9 impune mentiunt̄ mira res si plagā australē q̄ longissima est huiuscemodi mōtes impenetbilē reddunt. BERN, Sinite hoc Albertus uelut

c 4

ex alio dictum retulit· in eo nihil momenti est audite ser
monem meũ deus cum peccassent primi parentes eiecit
eos de paradiso et in agrum damascenũ deduxit qui est
in habitabili uestra ex eo loco in paradisum quãuis lõga
est et difficillima uia possibile tamen fuit penetrare mor
tales idq̃ uobis sacri codicis lectio manifestat in qua che
rubin ante paradisum uoluptatis collocatum reperitis
ad uiam ligni uite custodiẽdam frustra namq̃ custodiã
huiuscemodi tantus angelus accepisset si nullus alioquin
illuc patuisset accessus· PE· Cogis me que uelis credere
cupio tñ audire quid de nilo sentias· ENEAS. Permitte
mihi hanc prouintiam cur te fatigas cum possum nodũ
questionis absoluere· BERN. Permitto libens· ENEAS
Quia turget nilus in Egypto dũ feruet estas existimat
Albertus flumen ipm ex australi sepata zona defluere
que per id temporis ruina riget· cumq̃ nilus ex padiso
decurrat necessariũ ei uidet ultra meridiem consistere
paradisum arida et ieiuna nisi fallor argumentatio et q̃
facile queat in alterã retorqri partem nãq̃ si nilũ padisi
flumẽ citra torridã zonã fontẽ habere cõstiterit mani
festũ erit et paradisum pari modo citra meridiem esse
querendã nili sane principiũ q̃uis reptu arduũ sit dicẽte
lucano et gens si q̃ iacet nascenti conscia nilo· Solinus tñ
non futilis auctorem originẽ nili inhabitabili ura ponit
a monte inferioris mauritanie qui Oceano propinquat
et asserit ex nilo mox fieri lacum quem niliadem dicunt·
nilũ uero lacu effusum harenis sorberi et cuniculis cecis
abscondi· deinde in cesariensi specie prumpere ampliorẽ
rursusq̃ subsidere nec se p̃us ondere quã post interualla
itineris extenti contingat ethiopas illic autem exeuntẽ
uocari astopum idest aquã e tenebris pfluentẽ multasq̃
et magnas ambire insulas quaꝝ nobilissima est meroe· tũ
quoq̃ emensum magna longinqua occursantibꝰ scopulis
asperari ac tantis agminibus extolli inter obiecta rupiũ
ut ruere potius q̃ manare credatur deniq̃ a cataracte
ultimo tutum relicto pone se nomine quo nigris uocatur
in offensum meare septemq̃ hostiis in meridiem uersum

excipi egyptio mari. Hec autem de nili origine affirmat Solinus et punicos libros in ipsum tradidisse iubã regẽ Adducit quoqꝫ duas non in efficaces rationes que nilũ ostendunt ex lacu niliade deriuatum stagnum enim illud easdem quibus nilus abundat herbas pisces beluas procreat ac si quando mauritania unde origo eius est aut niuibus densioribus aut imbribus longioribus irrigatur incrementa exundationis in Egypto augentur Tria Solinus hiis uerbis in Albertum ineuitabilia tela proiecit. nam et nili originem apud uestram habitabilem retinet et meatum eius nonnunquã abscondi perhibet. et inundationẽ eius ex niuibus aut imbribus mauritanie ꝓdire testatᷣ que prorsus Alberti sententie sunt aduersa atqꝫ ut de postremo transigamus quã ridiculum illud dictũ est quia turget nilus ultra modum cum solsticium nobis est idcirco eius origo ex australi temꝑata prouenit que tunc hiemale solsticium habet et imbres copiosos quibus excrescit nilus immo uero id argumẽti partem aduersam roborat Etenim cũ necesse sit ab Egypto usqꝫ in regionẽ meridiei temperatam ex qua putat Albertus nili caput emergere longissimum et multorum ne dicam dierũ sed mensium iter extendi quomodo potest nilus que cadũt hieme apud Australes in estate pluuias Egyptiis reddere cum tunc illi hieme fruuntur quando nos estatem habemus Cur non illud potius dicimus quod uero simili9 est montes in Africa esse aliquos qui niues eousqꝫ seruent donec sol cancrũ intret. tunc uero solutis niuibus augeri nilum quemadmodum et in Europa uidemus alpes nonnullas esse que niues ad solsticium usqꝫ conseruant. PE. At montes Africe qui sunt nostris australiores necessum est prius niues q̃ nostros amittere. ENEAS. Non eo inficias sed cum uia nili longissima sit non e uestigio tumet apud Egyptios nilus cum primum sol cancrum attigit sꝫ incipit tunc paulatim crescere postmodũ uero ut Solino placet triginta eius partib9 euolutis ubi ingressus leonẽ sol ortus Syrios excitauit emissis om̃ibus annulis totam fluctuationem erumpit idqꝫ fit inter. xiii. et. xi. kalendꝫ

Augusti moxq decrescit cūq sol liberá attigit int̄ ripas
gescit qđ mime faceret si augm̄tū suū ex pluuiis sumeret
in australi regione cadentibus. PE. Vide qd dicas pto
lomeus nili fluenta putat originem sumere ex lune mon
tibus quos ultra circū equinoctialé apud interiores ethi
opas esse describit. ENEAS. Quáuis lune montes asserat
ptolomeus ultra eqnoctialé iacere non tn̄ torridá zoná
egressos dicit. non sunt igit̄ paradisi portio quá uult Al
bertus in australi tēperata constitutá uideri nec ptolo
me9 q̄ Solin9 aut rex iuba plus auctoritatꝫ apud me ob
tinet. at ne multis te morer uerbis Accipe aduersus Al
bertum quod nullo pacto deuitari iaculum possit Tigris
et Eufrates nominib9 exp̄ssis ex padiso manare r̄dunt̄.
quoꝝ fontes in montibus armenie repiunt̄ montes aūt
armenie nemo nescit septētrionales esse uŕe habitabilis.
rursus et ganges sub nomie fison paradisi flumen habet̄
caput eius attollitur in monte caucaso qui a septentrioe
claudit indiam eccum tibi tria flumina que de boreali re
gione uenientia in austrum decurrunt ex paradiso. cur
padisum australi magis q̄ septētrionali plage dederim9
sed habent meatus inquit Albertus quibus ex australi
regione progressi sese deniq apud boream manifestāt.
nilus semper patens recta uia in septentrioné uenit ab
austro mōstraui pauloante nili transitum non esse ubiq
detectum auferam9 tn̄ solino et iube fidem Quis p̄didit
Alberto nili meatum semper apertum esse qui nullū unq̄
peruenisse in australé plagam asserit ubi uult fluminis
fontem Illud deniq non possum equa mente p̄ferre qđ
querentibus cur tigris et Eufrates non parimodo cum
nilo tumescerét quibus eadem esset origo tanq̄ uera eét
obiectio diuersitatꝫ causam uoluit assignare ex meatib9
subterraneis et nō poti9 ad suá astruēdá sentētiá eufra
té sil̄i mō cū nilo tumere r̄ndit. PE. Quid ais. ENEAS.
Quod ueꝝ est nō om̄ia nouit Albert9 si legisset Solinū et
Arcianū nō negasset tumoré eufratꝫ excrescētie nili sil̄ez
PE. Expone obsecro qd illi de flumine dicant Eufratis.
ENEAS. Eufraten inqt solin9 fūdit armenia maior ortū

ex monte Scithis pximo describitq; cursum ei9 et paulo
post subiungit deinde plabés plurimas gétes Babyloniá
quondá Caldeoꝝ caput diuidit Mesopotamiá opimat in/
undationis anime excessibus instar egypti amnis terras
cótegens inuecta soli fecunditate hisdé ferme téporib9
qbus nilus exit·sole scilicet in parte cácri·xx·cóstituto
tenuatᷣ·cum iá leone decursa ad extrema uirginis facit
transitú Arrianus uero in hunc modú loquitᷣ Eufrates
eni3 ex montibus fluens armenie tépore hiemis pcedit
intra ripas ut qui tunc non hab3 aquá multá uere autem
apparente et multo maxime circa conuersiones qbus sol
reuertitᷣ in estate magn9 excrescit et sup ripas exúdat
in terrá Assyrioꝝ tunc enim niues ex montibus armenie
liquate augent ei aquá ad multú unde supficialé et altú
decursum habet inundaretq; terrá nisi reserato per pol
lacorá in paludes et stagna diuerteretᷣ ostensum est ab
unde qd uolui Exundat eni3 Eufrates admodum nili ex
dissolutione niuium quos montes armenie colligunt non
ex pluuiis paradisi idem credibile est nilo contingere cú
dissoluuntᷣ apud Mauritaniá quotannis estiuali tépore
niues·sed Albertus qui uiderat omnia ista non uiderat
BERN·Occupatus melioribus studiis Albertus Arrianú
Solinúq; neglexit nó omnia possumus omnes inquit maro
parce Alberto cui9 uirtus maior est his que sibi laudib9
asscribuntᷣ tibi tñ de paradiso recta sententia est. PE.
Cum nobis locutus es pŕ ex alieno cuncta retulisti nihil
ex te dici fare obsecro qd tibi uidetᷣ habitabilé ne terrá
ultra torridá zoná ut uolunt ueteres nobis credendum
est an aliter suades·BERN. Factor uniuersitati cú pmú
elementa discreuit igné qui fuit purissimus ac leuissim9
in altiora recepit eiq; aerem subiecit·aeri uero cósequés
erat aquá succedere terráq; ueluti grauioré ultimú locú te
nere undiq; tectá liquore·s3 cú creád9 esset hó q lapsum
angelicú repararet placuit terre parté detectá rlinqre
in q poss3 humana generatio et conseruari et ppagari·
Creatus autem homo et consors illi adiuncta ad uestrá
habitabilem missi sunt ibiq; filios et filias genuerút·nec

aliud hominum genus productum nouimus quod si mi-
serante dño terre portio quam colitis contra naturam
emersit ab aquis nõ est par credere plus terre detectũ
esse quam zona ura complectatur diuino munere filiis
Ade ad peregrinandũ cõcessa. PE. Adhibeo fidẽ dictis
tuis nam si duo hemisperia ponim9 et in utroq; duas ha
bitabiles esse zonas inter se penitus inaccessas et antipo
das qui nobis aduersas urgeãt plantas credim9 uereor
illorum ne successu temporis dementiam approbemus q
plures simul mũdos esse dixerunt Sed age Iohannes pu
tauit Albertus hos duntaxat seniores ex posteris Ade
huc migrasse uiuos ego te uideo tertium fare obsecro si
qui sint alii carne uestiti ante nos in hunc locum profecti
Vix ea fatus erat cum ex luco laurino qui proxim9 erat
uir grãdeuus et habitu uenerabilis exit. pergitq; ursus
riuum qui e regione limpidus decurrebat quem seqbat
auus ueneratu non minori digna. Tum Iohannes inquit
aspice et illi nobiscum sunt nõdum carne soluti et qui nã
sunt inquit Petrus Cheremon ille est ait Iohannes qui
quondam niloponensem gubernauit ecclesiam sanctus et
admirãde uirtutis senex grãdeua quam cernis mulier
coniunx illi fuit ambo casti ambo diuine legis zelãtissimi
PE. Quomodo huc delati sunt. IOHAN. Cum seuiret in
Christianos decius timentes tormenta senes ad montes
introrsus per Egyptum fugerunt. ibiq; angelũ domini
compuerunt qui eos huc deduxit incolumes ea propter
plurimi fratrum cum desiderabiles amicos diu perqui-
siuissent nec eos nec eoꝝ corpora inuenerunt. ENEAS.
Veteres nostri Eneam Romane gentis auctorem apud
Numiciũ desiuisse cõparere pdiderunt Deumq; factum
Iouem indigentẽ uocauerũt Romulus teste Liuio cũ ad
exercitũ recensendum contionem in campo ad capream
paludẽ hr̃et subita coherta tẽpestas cũ magno fragore
tonitruisq; tam denso regẽ aspernit nimbo ut conspectũ
eius cõtioni abstulerit nec deinde in terris Romul9 fuit
Quem Romani sub Quirini nomine pro deo coluerunt.
sed ista mihi nemo persuaserit. quanuis Iulius Proculus

apparuisse Romulum sibi augustiori forma retulerit. qui iam in deorum receptum numero se dixerit celestes ita uelle ut sua Roma caput orbis terrarum esset Sed qs deos ex hominibus esse crediderit. Illud fortasse his accidit quod tibi Enoch siue quod tibi Helia quod si sunt in his locis dicite uidebo et alloquar cupidissime parentes Romane urbis. HELIAS. In flumine demersus Eneas ad inferos demigrauit Romulum Senatus occidit et occultata cede beneficio nimbi disparuisse narrauit. Sic dii crediti ambo sunt. sed corpora eorũ in terris putruere spiritus ad stigias undas penetrarunt breui hic aderũt inter principes corpora uero non afferent secum donec magna dies euoluatur. PETRVS. Forsitan audiuerat Alexãder Macedo deificationem Enee querebatq; pari modo diuinitatem. ENEAS. Quapropter id ais. PET. Egrotus enim Alexander sentiens se non posse uiuere clã surgens in Eufraten iniecturus se iuit ut sublatus ab hominum aspectu certiorem fidem diuine generationis efficeret tanq̃ recessisset ad deos quos cum Roxane cõiux impediuisset inuideri sibi gloriã eiulãdo clamauit. BER. Hoc qd ais neq; phtolomeus lagi neq; Aristobolus scribit qui per omnẽ egritudinem cũ Alexandro fuerunt atq; obitum eius ex ordine scriptum reliquerunt. IOHAN. Appagete amabo iam proceres assunt id fumus quẽ cernitis ex turri manans indicat Ad uocẽ Apostoli surgim9 omnes atq; in dextram partem dirigimus oculos Collis erat gramineus paulo supra stadiũ altior paucis cõsit9 arborib9 illinc turba uiroꝝ immemorabilis descendit apparatu uenusto et splẽdido dux omnibus unus ẽtate prouecta et habitu regio quẽ circũfusi maiores natu mediũ tenẽt gressus suos ad illi9 passum moderãtes Tum Petr9 qs ille est inqt quẽ ceteri uenerant. BERN. Is est de quo sum9 ante locuti Constãtin9 xp̃iane religiõis ppagator alter q dextrũ lat9 occupat philipp9 ẽ q p̃m9 oim cesaꝝ saluatori nr̃i fidẽ cognouit hic occiso apud mesopotamiã gardiano puero q bellis ingentibus parthos afflixerat. Cũ filio Philippo Romanũ Impium arripuit exercitũq;

reduxit incolumē ad Italiā · atq̄ hi sunt q̄b9 imperātib9 millesimus annus urbis Rome mirabili ludoꝝ apparatu spectaculorumq̄ pompa celebratus est. filius patre se uerior fuit q̄ nullo unq̄ comēto in risum solui potuit p̄ris mansuetudo commendatior. et admōitionis capatior q̄ cū pascalibus aliquando se sacramētis ingereret ab Epo loci ꝑpter culpas que de ipso ferebant̄ inter penitētes remanere iussus nihil cōmotus sacerdotis Imperiū tulit utrumq̄ tamen interfecit exercitus locum decio p̄bens qui sanctis Christi impleret celum · PE · Qua ratiōe oēs quos uenientes cernimus ante diē magni iudicii sua cor pora resumpserunt · BER · Fallit te cogitatio tua nemo illorum corpus modo gestat cū quo uixit inter mortales PE · Quomodo ergo caput manusq̄ uidemus eos habere et uestimenta gestare · BERN · Absumpserunt aera cor/pora his similia que gesserūt in terris ut possent uideri carnalibus oculis uestimenta quoq̄ ex aere crassiori com pacta speciem illorum fuerunt quibus quōdam usi sunt sic diuina uolūtas indulsit · PE · Liberasti me nōnō paruo dubio sed Constātini uestis admodum preciosa est sericu lucidum uideo gemmis et auro contextum · BERN · Hāc ille olim ad honorē Ierosolimorum ecclesie machario illius ciuitatis laudato pontifici dederat ut ea circunamictus misteriū sacri baptismatꝪ adimpleret · at cū post aliquot annos horrenda fames Ierosolimorum prouintiam occu passet atq̄ in Cyrillum qui tūc illi ecclesie presidebat pro necessitate ciboꝝ egētiū turba respiceret cum non esset ad consulendū pecunia coactus pontifex ut necessitati populi subueniret uasa et uela sacra distraxit ac regiam uestē timelico saltatori uendidit q̄ res et Cyrillo deposi/tionis et timelico mortis causa fuit · Cyrillus enim de iure metropolitico aduersus Acatium Cesaree palestine pon tificem litigans ab eo de uenditione uestis apud Constā tinopolim collecta synodo accusatus pōtificatu dimotus est Thimelicus autē dum eadem ueste indutus inter sal tandū cecidisset subito contritus emisit animā · ENEAS · Hu site ut arbitror nihil horū sentiunt qui sacri altaris

ministeria his gerũt uestibus qbus reliq̃ obeũt munera.
BERN. Sane homines quid cum his agas qui machario
uolũt meliores uideri. PE. Quis ille terti9 est Philippũ
sequẽs. BER. Pannonie maximũ decus et xp̄i fortissim9
miles Iouinianus qui defuncto apud Parthos Iuliano uo
catus ad Imperium cõmendatissimam illá emisit uocẽ qa
nõ posset xp̄ianus imperare gẽtilibus neq̨ suscepit pur
puram donec clamauit exercit9 Christianũ se esse pacẽ
a Sapore Rege Persaꝝ magis necessariá q̃ honorificam
recepit Ep̄os Iulianus in exilium miserat ad suas eccl̃ias
reuocauit templa gẽtilium clausit nihil indignũ se fecit
nisi qa Iuliani cadauer apud Tharsum cilicie honorifice
sepeliuit quẽ uelut anathema cum bestiis in agro patẽti
decuit iacuisse. ENE. Quidnam facies sibi uult paulo ni
grior. BER. Quia dum pergit in illiricum per galaciam
iter hñs i domo noua prunis appositis et calore prunaꝝ
et nidore parietũ suffocatus magño Imperii maiore xp̄i
ane religionis detrimento uita excessit. PE. Video ad si
nistram Constantini hominem fune cinctum rusticana
facie et ante se nisi me decipit uisus mansuetũ uirum ex
cuius dextra cereum simulacrum pendet. BER. Rusti/
canus ille homo pannonius fuit Gracianus nomine usq̨
adeó robustus ut funẽ uenaliciũ gestans quinq̨ milites
qui se spoliare conati sunt uictos delusosq̨ remiserit quo
merito uocat9 ad miliciam usq̨ ad prefecture p̄toriane
potentiam conscendit. qui eum antecedit filius eius est.
Valẽtinianus qui sub Iulio militans. cũ esset Christiana
fide imbutus scutariorumq̨ gereret tribunatum ab Im
peratore sacrilego aut idolis immolare aut milicia exce/
dere iussus miliciam sponte deseruit nec diu post domini
uox in eo completa est. qui centuplum repromittit si qs
est qui pro se quicquá reliquerit Extincto nanq̨ Iuliano
Iouinianoq̨ de medio sublato qui tribunatum amiserat.
suscepit Imperium is Saxonum gentem in occeani litto
ribus et paludibus inuiis constitutam uirtute atq̨ agi/
litate terribilem Romanos limites inuadentẽ in Frácoꝝ
finibus oppressit. fuit uir facundus q̃uis sermone rarus



Cera et limo simulacra nō min9 elegāter q̄ cupide fixit
princeps haud dubie perfectus si uel carere potuisset
amicis quos sibi acciuit uel illi cōsiliū in meliora duxissent
Gracianus filius eius quintū locum tenet carmen facere
doctus ac controuersias explicare rethorum qui apud
argentariam Gallie triginta milia Alemannorum mīmo
Romanoꝝ detrimento deleuit. bellumq̃ formidolosissimū
incredibili felicitate cōfecit dolo tamen maximi qui Bri
tannias ac Gallias occupauerat circunuentus ante tri-
gesimum uite annum interemptus est. cum prouintiam
Italie atriana ꝑfidia expurgasset proximus illi accedit
Theodosius Hispanus ab eo in societatem accitus Impii
opprimentibus enim Romanas prouintias nunc Gothis
nunc alanis interdum hunis hic uisus est qui rēpublicā
reformare ualeret. quāuis pater eius sui nominis per in
iuriam cum recuperasset Africam iussu ualentis fuisset
occisus Est profecto in Hispano sanguine hec donanda
laus ut afflictis reipublice partib9 primi succurrant qđ
intelligens nerua trianum sibi filium adoptauit qui pro
fligatas Imperii fortunas ad pristinum splendorem re
duxit Theodosius autem xp̄iano dogmate institutus ut
primum purpuram induit aduersus formidatam oīb9
scitarum gentem id est alanos hunos et gothos magnis
multisq̃ preliis ingenti uictoria potitus tracias ab infes
tatione barbarica liberat Valentinianū iuniorē insidias
maximi fugientem in regnum restituit maximū qui gra
tianum in galliis occiderat bello uictum interficit filium
eius nomine uictorem extinguit Eugeniū et Arbogastū
quorū fraude Valentinianus ad necem deduct9 fuerat
signo uiuifice crucis munitus et Iohānis anathorite Ra
ticinio fretus atroci prelio superat captum Eugenium
neci tradit Arbogastem fugientem sua se manu ꝑcuterē
cogit atq̃ hic est de quo carmen illud intonuit O nimiū
dilecte deo cui militat ether Et cōiurati ueniūt ad clas
sica uenti Nam prelium quod illi ultimo cū Eugenio fuit
uis turbinis et tempestatis magnitudo ei secundū fecit
genus ei9 et traiano sanguine deriuatū ē cui et mēbroꝝ



linea mentis et animi dotibus simillimus extitit uinolen
tiam tamen illius et triumphandi cupiditatē detestatus
bella non mouit sed inuenit psaltrias et lasciua carmina
commessationibus adhiberi prohibuit. lrīs mediocriter
edoctus. sagax autem et ad recitādum gesta maiorum
diligens execrari solitus omnes quos per superbiam do-
minatos legisset. ideo cum prohibitus esset ab Ambrosio
Mediolanensis ecclesie sacerdote ne missarum se solēnib9
immisceret nisi pro cede quā thessalonite crudeliter im-
perauerat publice peniteret preceptū sancti pontificis
humili mente suscepit. et ad illius modum nō erubuit sa
tisfacere. mediolani diem ultimum clausit. annum agens
quinquagesimum corpus eius in Constantinopolim trās-
latum est. duo illi quos cernis totius sese oculis intuētes
Constantiniq; passibus pene decē antecedentes eius filii
sunt Constantinus et Constās primum dum fratri bellū
infert et inconsultius apud aquilegiam preliū committit
Constantis duces interemerunt. alter cum aliquandiu
strennue et iuste tenuisset imperium ad extremum uali
tudine in prospera grauatus et annos nequiorib9 usus
intollerabilis prouintialibus et odiosus militibus factiōe
magnentii occisus est iuxta theodosiū si rite inspicis tres
pari passu gradūtur. duo sunt eius filii Arhadius et Ho
norius tertius et ipse Theodius noīe ex Archadio nepos
hic duodecim annis post Theodosiū seniorē pr̄e mortuo
admodum puer orientale suscepit imperium Honorius
in occidenti rempublicā administrauit his imperantib9
status imperii infaustus calamitosusq; fuit. quippe cum
non solum hostilib9 preliis pii principes sed etiā fraude
suorum in exitiū raperentur uicit tamen omnia uirtus
et in xp̄o solida regio Gildo comes Africe qui prouintiā
iure proprio sibi uendicauit misso aduersus eum fratre
prelio supatus strāgulatus interit frater insolēter usus
uictoria dum seruos Christi persequitur penas pendat
Ruffinus orientalis aule magister. dum malo pfidie dā-
natus Barbaroꝝ solatia querit ante portas regie urbis
truncatur Stilico quoq; occidentalis tutor Imperii ac
f1

principis affinitate magnific9. dum barbaros aduersus
honorium irritare conatur Eucherio filio suo imperium
querens ab exercitu trucidatur. fouerat enim barbaros
cum posset delere Radagasumq; regem Gothorum Ro
mani nominis inimicissimum cum ducentis milibus pug/
natorum intrare Italiam totamq; ferro et flamine pro
uintiam exponere permisit Alaricum auté qui sedes ab
Honorio petiuerat et iussus gallias quanuis Otbo dicat
Hispanias petere pacificus abibat. adort9 ex improuiso
gentem bellacissimam aduersus rempublicam incitauit.
Vnde secuta est famosissima illa et apud omnes decátata
gentes Romane urbis irruptio. iuterissetq; tunc penit9
Romanú nomé nisi placida soror principis Athanulphi
qui post Alaricú apud Gothos regnabat primo captiua
deinde coniunx animum uiri mulieribus blandimentis
inflexisset ultro pacem a Romanis expetere concitati.
stiliconis opera priusq̃ esset occisus Adani sueui Vandali
Borgundiones ingentibus copiis pulsabant gallias post
Gratianum tyrannum apud Britanniam interemptum
Constantinus ex infima malicia propter solam spem no/
minis sine merito uirtutis militari elect9 tumultu in gal
lias profectus rempublicam inhonestat Constantemq;
filium ex monacho Cesarem facit. qui cóféderatus Bar
baris claustra eis pirenei montis obseruanda committit
per que illi profecti post multas cedes atq; incendia his
panias suiiuris efficiunt. Sed qui est qui táto rei publice
uulneri mederi possit. quis tantis incomodis obuiam eat
illic est in aurem Theodosii senioris; nescio quid stillat uir
bellicosus et consilii uiuacis Constantius comes placida
mortuo uiro apud Gothos detinebatur eam si uendicet
stabili coniugio recepturus. Constantius exercitum in
Galliam traicit Constantinum Tyrannum apud Arelatú
extinguit Constantem eius filium Geroutium maximú
Iobinum Sebastianum tertullú qui rebus nouis studebát
ad mortem compulit Athalum quem Gothi ad Imperiú
sublimauerát bello uictum et captum ad honorium misit
cui9 pietate trúcata manu uite relict9 é uallia Gothoꝝ

Rex tot Constantii uictoriis territus ultro placidiam reddit ac datis obsidibus fedus cum Romanis facit et auxilia contra ceteros Barbaros qui peruaserant hispanias pollicetur nec Vandalos Sueuos et Alanos sine terrore Constantii res geste dimittunt legationem igitur et ipsi huiuscemodi ad Honorium dirigunt Tu cũ omnib9 pacem habe omniũ obsides accipe nos nobis confligim9 nobis perimus tibi uincim9 tue erit questus reipublice si utriq3 pereamus heraclianus autem et Sabinus eius gener cum numerosissima classe ex Africa Romam petentes occursu marini comitis in fugam uersi Carthaginem redeũt ibiq3 trucidatur Heraclianus instaurata igitur uirtute Constantii re publica paceq3 per omne imperium parta nuptie inter Constantium et placidiã celebrantur ex quibus Valentinianus tertius nascitur qui postea rerum potitus est utq3 uinculũ esset amicicie solidius an regni consortium apud Rauennã Cõstãti9 assumitur. sed ille post septem mẽses ex mortali luce subtractus est. Victi deinde apud hispanias Maximus et Iouinianus qui tyrannidem inuaserant celebrãti Rauẽne tricennalia Honorio presentantur dicti et scoti Britãniam uexãtes missa principis legiõe strage non modica depelluntur et cũ fugati cessissent denuo remisso milite superati transmaria fugiunt. Inter hec secunde fortune blandimenta non defuerunt Honorio que sententie Imperii eius labefactarent missus eni3 ab eo Castinus dux qui Vandalorum insolẽtiam in Hispaniis compesceret cũ Bonifacium collegam suam bellicis artibus exercitatum forti militum manu et ingentibus copiis fretum per superbiam a se disgregasset multorum malorum origo fuit nam et ille in Africam trãsiens prouintiã sibi usurpauit. et ipse in Hispaniis nihil dignum tanto collega destitut9 egit nec placidia quietem apud Honorium inuenit. Sed pulsa cum Valentiniano et Honorio filiis ad Theodosium confugit. que gratanter eam honorificeq3 suscepit. Honorius autẽ Rome sine liberis uite terminũ habuit q̃uis eni3 mariani primo et deĩde hermantiani stiliconis filias

f2

in matrimonium accepisset utraq; tñ inopinata morte
preuenta uirgo decessit quos deinde lento passu gradi-
entes cernis uiros maiestate uult9 et totius corporis ha
bitu uenerabiles nulli postponendi sunt eorum qui ante
cedunt siue religionis zelum siue armorum gloriá inspi
cias Senior ille Iustinus est alter germane sue filius cui-
pandectarũ digesta uolumina nomen illustre dederũt
Iustianus. PE. Comitatum magni Constantini pene uni
uersum transisse uideo nec dum mihi Constantium eius
filium aut Iulianum Constátio fratre nepotem q rerum
potiti sunt ostẽdis nec Valentem qui cum Valentiniano
gubernauit Imperium. BERN. Constátius mortuo pr̃e-
haud quaq̃ illius uestigia secutus Ep̃os Ortodoxe fidei-
damnauit exilio neq; uerum honoré xp̃o saluatori p̃buĩt
quem patrem minorem cum Arriana Vesania credidit
nunc patrem intueri non audet apud hereticos conuen-
ticulum habet Iulianus q̃uis fuisset ab inicio Christian9
et apud Nicomediam tonsus monachus lectoris officiũ
exercuerit postea tamen habitu religionis abiecto im-
perialia sceptra desiderans magicis artibus se dedit cul
tuq; xp̃i relicto demonum prestigia secutus clam fact9
est idolatra adeptus autem imperium que Constantin9
clauserat gentilium templa occlusus xp̃ianorum ecclesiis
reserauit. ĩfectatusq; ferali odio Christianos substátias
eorum eripuit Galileum inquiens sic enim saluatorem cõ
tumeliosum per contemptũ appellabat Iesum discipulis
suis imperasse. neqd in seculo possiderent milicia cũctos
amouit. studia grecorum eis inhibuit. nullum his magis-
tratum permisit Iudeis autem adeo placidus fuit. ut pe-
cuniá eis ad templi reparationem ultro concesserit ob
quam rem non defuerunt inter Iudeos qui messiam cum
esse crediderint ad salutem gentis sue diuinitus missum
sed cognouit tandem in quem deliquit cum prelio contra
Persas inito sagitta confessus ignota uicisti galilee mori
turus exclamauit. hunc si cernere cupis nequaq̃ in hac
fidelium turba perquiras. nullus Constátino proximus
est qui non baptizatus Christanum dogma sincera fide

seruauerit Iulian9 portionē cum dánatis accepit inter
gétiles eū si q̄ras inuenies. PE. Et ubi gentiles reperiá.
BER. Paulopost aderūt in parteq; secedétes spectabūt
xp̄ianos reges uenīét et ꝑfidi Iudei et q maumetho cre
diderunt et q sub xp̄i baptismo Romane normá eccl'ie cō
tempserunt. PE. Quid hic agát. BER. Quia uulgatū apd
